

THE LOEB CLASSICAL LIBRARY

FOUNDED BY JAMES LOEB 1911

EDITED BY

JEFFREY HENDERSON

PLINY

LETTERS AND PANEGYRICUS

II

LCL 59

PLINY

LETTERS, BOOKS VIII-X PANEGRICUS

WITH AN ENGLISH TRANSLATION BY
BETTY RADICE




HARVARD UNIVERSITY PRESS
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS
LONDON, ENGLAND

Copyright © 1969 by the President and Fellows
of Harvard College
All rights reserved

First published 1969

LOEB CLASSICAL LIBRARY® is a registered trademark
of the President and Fellows of Harvard College



ISBN 978-0-674-99066-1

*Printed on acid-free paper and bound by
Edwards Brothers, Ann Arbor, Michigan*

CONTENTS

LETTERS


Book VIII	2
Book IX	80
Book X	166

PANEGYRICUS	317
-------------	-----

APPENDIX A	549
------------	-----

APPENDIX B	554
------------	-----

BIOGRAPHICAL INDEX	557
--------------------	-----



BITHYNIA AND PONTUS



C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTULARUM

LIBER OCTAVUS

I

C. PLINIUS SEPTICIO SUO S.

1 ITER commode explicui, excepto quod quidam ex
meis adversam valetudinem ferventissimis aestibus
2 contraxerunt. Encolpius quidem lector, ille seria
nostra ille deliciae, exasperatis faucibus pulvere
sanguinem reiecit. Quam triste hoc ipsi, quam
acerbum mihi, si is cui omnis ex studiis gratia in-
habilis studiis fuerit! Quis deinde libellos meos sic
3 leget, sic amabit? Quem aures meae sic sequentur?
Sed di laetiora promittunt. Stetit sanguis, resedit
dolor. Praeterea continens ipse, nos solliciti, medici
diligentes. Ad hoc salubritas caeli, secessus quies
tantum salutis quantum otii pollicentur. Vale.

II

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

1 ALII in praedia sua proficiscuntur ut locupletiores
revertantur, ego ut pauperior. Vendideram vende-

¹ Evidently Tifernum. See V. 6. 6: 45-6.

THE LETTERS OF PLINY

BOOK VIII

I

TO SEPTICIUS CLARUS

I HAD an easy journey, apart from the fact that some of my people were taken ill in the intense heat. Indeed, my reader Encolpius (the one who is our joy for work or play) found the dust so irritating to his throat that he spat blood, and it will be a sad blow to him and a great loss to me if this makes him unfit for his services to literature when they are his main recommendation. Who else will read and appreciate my efforts or hold my attention as he does? But the gods promise happier things. The haemorrhage has stopped and the pain is less severe; and he is a good patient, we are taking every care of him, and the doctors are attentive. In addition, the healthy climate here¹ and the complete rest and quiet can provide as much for a cure as for a holiday.

II

TO CALVISIUS RUFUS

OTHER people visit their estates to come away richer than before, but I go only to return the

THE LETTERS OF PLINY

mias certatim negotiatoribus ementibus. Invitabat
2 pretium, et quod tunc et quod fore videbatur. Spes
fefellit. Erat expeditum omnibus remittere ae-
qualiter, sed non satis aequum. Mihi autem egre-
gium in primis videtur ut foris ita domi, ut in magnis
ita in parvis, ut in alienis ita in suis agitare iustitiam.
3 Nam si paria peccata, pares etiam laudes. Itaque
omnibus quidem, ne quis "mihi non donatus abiret,"
partem octavam pretii quo quis emerat concessi;
deinde iis, qui amplissimas summas emptionibus
occupaverant, separatim consului. Nam et me magis
4 iuverant, et maius ipsi fecerant damnum. Igitur iis
qui pluris quam decem milibus emerant, ad illam com-
munem et quasi publicam octavam addidi decimam
5 eius summae, qua decem milia excesserant. Vereor
ne parum expresserim: apertius calculo ostendam.
Si qui forte quindecim milibus emerant, hi et quin-
decim milium octavam et quinque milium decimam
6 tulerunt. Praeterea, cum reputarem quosdam ex
debito aliquantum, quosdam aliquid, quosdam nihil
reposuisse, nequaquam verum arbitrabar, quos non
aequasset fides solutionis, hos benignitate remissionis
7 aequari. Rursus ergo iis qui solverant eius quod
solverant decimam remisi. Per hoc enim aptissime

¹ *Aeneid* V. 305.

poorer. I had sold my grape harvest to the dealers, who were eager to buy, when the price quoted at the time was tempting and prospects seemed good. Their hopes were frustrated. It would have been simple to give them all the same rebate, but hardly fair, and I hold the view that one of the most important things in life is to practise justice in private as in public life, in small matters as in great, and apply it to one's own affairs no less than to other people's. For if we say with the Stoics that "all offences are equal" the same applies to merits. Accordingly I returned to everyone an eighth of the sum he had spent so that "none should depart without a gift of mine."¹ Then I made a special provision for those who had invested very large sums in their purchase, since they had been of greater service to me and theirs was the greater loss. I therefore allowed everyone whose purchases had cost him more than 10,000 sesterces a tenth of anything he had spent above the 10,000, in addition to the original eighth which was a sort of general grant.

I am afraid I have put it badly; let me try to make my calculations clearer. Suppose someone had offered the sum of 15,000 sesterces; he would receive an eighth of 15,000, plus a tenth of 5,000. Moreover, in view of the fact that some people had paid down large instalments of what they owed, while others had paid little or nothing, I thought it most unfair to treat them all with the same generosity in granting a rebate when they had not been equally conscientious in discharging their debts. Once more, then, I allowed another tenth of the sum received to those who had paid. This seemed a

THE LETTERS OF PLINY

et in praeteritum singulis pro cuiusque merito gratia referri, et in futurum omnes cum ad emendum tum
8 etiam ad solvendum allici videbantur. Magno mihi seu ratio haec seu facilitas stetit, sed fuit tanti. Nam regione tota et novitas remissionis et forma laudatur. Ex ipsis etiam quos non una, ut dicitur, pertica sed distincte gradatimque tractavi, quanto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abiit expertus non esse apud me <ἐν δὲ ἰῆ τιμῇ ἡμὲν κακὸς ἡδὲ καὶ ἐσθλός>.¹ Vale.

III

C. PLINIUS SPARSO SUO S.

1 LIBRUM quem novissime tibi misi, ex omnibus meis vel maxime placere significas. Est eadem opinio
2 cuiusdam eruditissimi. Quo magis adducor ut neutrum falli putem, quia non est credibile utrumque falli, et qui tamen² blandior mihi. Volo enim proxima quaeque absolutissima videri, et ideo iam nunc contra istum librum faveo orationi, quam nuper in publicum dedi communicaturus tecum, ut primum
3 diligentem tabellarium invenero. Erexī expectationem tuam, quam vereor ne destituat oratio in manus sumpta. Interim tamen tamquam placituram (et fortasse placebit) exspecta. Vale.

¹ ἐν . . . ἐσθλός αἰ, om. Mθ.

² tantum Stout.

¹ *Iliad* IX. 319.

suitable way both of expressing my gratitude to each individual according to his past merits, and of encouraging them all not only to buy from me in the future but also to pay their debts.

My system—or my good nature—has cost me a lot, but it has been worth it. The whole district is praising the novelty of my rebate and the way in which it was carried out, and the people I classified and graded instead of measuring all with the same rod, so to speak, have departed feeling obliged to me in proportion to their honest worth and satisfied that I am not a person who “holds in equal honour the wicked and the good.”¹

III

TO JULIUS SPARSUS

You say that the book I sent you the other day has given you more pleasure than any of my other works. A learned friend of mine is of the same opinion, and this encourages me to think that neither of you is mistaken; for it is unlikely that you would both be wrong, and I like to flatter myself. In fact I always want my latest work to be thought my masterpiece; consequently I have turned against the one you have in favour of a speech which I have just published, and which you shall see as soon as I can find someone reliable to bring it. Now I have roused your expectations, but I fear they may be disappointed when you have the speech in your hands. Meanwhile wait for its arrival with the intention of liking it, and you may find you do so after all.

THE LETTERS OF PLINY

IV

C. PLINIUS CANINIO SUO S.

1 OPTIME facis, quod bellum Dacicum scribere paras.
Nam quae tam recens tam copiosa tam elata, quae
denique tam poetica et quamquam in verissimis rebus
2 tam fabulosa materia? Dices immissa terris nova
flumina, novos pontes fluminibus iniectos, insessa
castris montium abrupta, pulsum regia pulsum etiam
vita regem nihil desperantem; super haec actos
bis triumphos, quorum alter ex invicta gente primus,
3 alter novissimus fuit. Una sed maxima difficultas,
quod haec aequare dicendo arduum immensum,
etiam tuo ingenio, quamquam altissime adsurgat et
amplissimis operibus increseat. Non nullus et in illo
labor, ut barbara et fera nomina, in primis regis
4 ipsius, Graecis versibus non resultent. Sed nihil
est quod non arte curaque, si non potest vinci, miti-
getur. Praeterea, si datur Homero et mollia voca-
bula et Graeca ad levitatem versus contrahere ex-
tendere inflectere, cur tibi similis audentia praesertim
5 non delicata sed necessaria non detur? Proinde
iure vatum invocatis dis, et inter deos ipso, cuius res
opera consilia dicturus es, immitte rudentes, pande

¹ Trajan held triumphs in the winters of 102/3 and 106/7 to celebrate the ends of the two Dacian wars. Decebalus King of Dacia died by suicide in 106 after his capital, Sarmizegethusa, was captured. See *Pan.* 17, Dio, LXVIII. 14-15, and the scenes on Trajan's Column.

IV

TO CANINIUS RUFUS

It is an excellent idea of yours to write about the Dacian war. There is no subject which offers such scope and such a wealth of original material, no subject so poetic and almost legendary although its facts are true. You will describe new rivers set flowing over the land, new bridges built across rivers, and camps clinging to sheer precipices; you will tell of a king driven from his capital and finally to death, but courageous to the end; you will record a double triumph,¹ one the first over a nation hitherto unconquered, the other a final victory.

There is only one difficulty, but a serious one. To find a style of expression worthy of the subject is an immense undertaking, difficult even for a genius like yours, though this is capable of attaining supreme heights and surpasses itself in each magnificent work you have produced. Another problem arises out of the barbaric names, especially that of the king himself where the uncouth sounds will not fit into Greek verse; but every difficulty can be reduced by skill and application even if it cannot be entirely resolved. Besides, if Homer is permitted to contract, lengthen, and modify the flexible syllables of the Greek language to suit the even flow of his verse, why should you be denied a similar licence, especially when it is a necessity and no affectation? So call the gods to your aid, as a poet may, without forgetting that divine hero whose exploits, achievements and wisdom you are going to celebrate; slacken your sheets, spread sail,

THE LETTERS OF PLINY

vela ac, si quando alias, toto ingenio vehere. Cur
6 enim non ego quoque poetice cum poeta? Illud iam
nunc paciscor: prima quaeque ut absolveris mittito,
immo etiam ante quam absolvas, sicut erunt recentia
7 et rudia et adhuc similia nascentibus. Respondebis
non posse perinde carptim ut contexta, perinde
incohata placere ut effecta. Scio. Itaque et a me
aestimabuntur ut coepta, spectabuntur ut membra,
extremamque limam tuam opperientur in scrinio
nostro. Patere hoc me super cetera habere amoris
tui pignus, ut ea quoque norim quae nosse neminem
8 velles. In summa potero fortasse scripta tua magis
probare laudare, quanto illa tardius cautiusque, sed
ipsum te magis amabo magisque laudabo, quanto
celerius et incautius miseris. Vale.

V

C. PLINIUS GEMINO SUO S.

1 GRAVE vulnus Macrinus noster accepit: amisit
uxorem singularis exempli, etiam si olim fuisset.
Vixit cum hac triginta novem annis sine iurgio sine
offensa. Quam illa reverentiam marito suo praesti-
tit, cum ipsa summam mereretur! quot quantasque
virtutes, ex diversis aetatibus sumptas, collegit et
2 miscuit! Habet quidem Macrinus grande solacium,
quod tantum bonum tam diu tenuit, sed hinc magis

¹ Probably Minicius Macrinus, father of Acilianus mentioned in I. 14.

and now, if ever, let the full tide of your genius carry you along. (Why shouldn't I be poetical with a poet?)

Now I have a stipulation to make; send me each section in turn as you finish it, or better still send it unfinished in its rough draught as it is first put together. You will object that a collection of incomplete fragments cannot give the same pleasure as the finished whole. But knowing this I shall judge them only as a beginning, examine them as parts of a whole, and keep them in my desk to await your final revision. Give me this further pledge of your affection—let me into the secrets you would prefer no one to know. To sum up, I may perhaps be better able to approve and admire your work if you are slow and cautious about sending it, but I shall love and value yourself the more if you can send it without delays and misgivings.

V

TO ROSIANUS GEMINUS

OUR friend Macrinus¹ has had a terrible blow; he has lost his wife, one who would have been exemplary even in former times, after they had lived together for thirty-nine years without a quarrel or misunderstanding. She always treated her husband with the greatest respect, while deserving the highest regard herself, and she seemed to have assembled in herself the virtues of every stage of life in the highest degree. Macrinus has indeed the great consolation of having possessed such a treasure so long, though

THE LETTERS OF PLINY

exacerbatur quod amisit; nam fruendis voluptatibus
3 crescit carendi dolor. Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere avocamenta et cicatricem pati possit, quam nihil aequae ac necessitatis ipsa et dies longa et satietas doloris inducit. Vale.

VI

C. PLINIUS MONTANO SUO S.

- 1 COGNOVISSE iam ex epistula mea debes, adnotasse me nuper monumentum Pallantis sub hac inscriptione: "Huic senatus ob fidem pietatemque erga patronos ornamenta praetoria decrevit et sestertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit."
- 2 Postea mihi visum est pretium operae ipsum senatus consultum quaerere. Inveni tam copiosum et effusum, ut ille superbissimus titulus modicus atque etiam demissus videretur. Conferant se misceantque, non dico illi veteres, Africani Achaici Numantini, sed hi proximi Marii Sullae Pompei (nolo progredi
3 longius): infra Pallantis laudes iacebunt. Urbanos qui illa censuerunt putem an miseros? Dicerem urbanos, si senatum deceret urbanitas; miseros, sed nemo tam miser est ut illa cogatur. Ambitio ergo et procedendi libido? Sed quis adeo demens, ut per suum, per publicum dedecus procedere velit in ea

¹ VII. 29.

² P. Cornelius Scipio Africanus, victor over Hannibal in 202 B.C.; L. Mummius Achaicus, captor of Corinth in 146 B.C.; Scipio Aemilianus Africanus Numantinus, victor at the siege of Numantia in Spain in 133 B.C.

it is this which makes his loss so hard to bear; for our enjoyment of pleasure increases the pain of deprivation. So I shall continue to be anxious about him, for I love him dearly, until he can permit himself some distraction and allow his wound to heal; nothing can do this but acceptance of the inevitable, lapse of time, and surfeit of grief.

VI

TO MONTANUS

You should have heard from my last letter¹ that I had recently seen a monument to Pallas with this inscription: "To him the Senate decreed in return for his loyal services to his patrons, the insignia of a praetor and the sum of fifteen million sesterces, but he thought fit to accept the distinction only." I thought it worth while afterwards to look up the actual decree of the Senate, and found it so verbose and fulsome in tone that the insolence of this inscription seemed modest and positively humble by comparison. All our national heroes put together—and I don't mean those of the past, with their titles of Africanus, Achaicus, and Numantinus,² but the Marii, Sullas, and Pompeys of recent times, to name no more—would still fall short of Pallas's fame. Am I to suppose this decree expresses the wit or the misery of its authors? Wit is unbecoming to the Senate; and no man's misery need bring him to this extremity. Then was it self-interest or desire for advancement? But who is so crazy as to desire advancement won through his own and his country's

THE LETTERS OF PLINY

civitate, in qua hic esset usus florentissimae dignitatis,
4 ut primus in senatu laudare Pallantem posset? Mitto quod Pallanti servo praetoria ornamenta offeruntur (quippe offeruntur a servis), mitto quod censent non exhortandum modo verum etiam compellendum ad usum aureorum anulorum; erat enim contra maiestatem senatus, si ferreis praetorius
5 uteretur. Levia haec et transeunda, illa memoranda quod nomine Pallantis senatus (nec expiata postea curia est), Pallantis nomine senatus gratias agit Caesari, quod et ipse cum summo honore mentionem eius prosecutus esset et senatui facultatem fecisset
6 testandi erga eum benevolentiam suam. Quid enim senatui pulchrius, quam ut erga Pallantem satis gratus videretur? Additur: "Ut Pallas, cui se omnes pro virili parte obligatos fatentur, singularis fidei singularis industriae fructum meritissimo ferat." Prolatos imperi fines, redditos exercitus rei publicae
7 credas. Adstruitur his: "Cum senatui populoque Romano liberalitatis gratior repraesentari nulla materia posset, quam si abstinentissimi fidelissimique custodis principalium opum facultates adiuvare contigisset." Hoc tunc votum senatus, hoc praecipuum gaudium populi, haec liberalitatis materia gratissima, si Pallantis facultates adiuvare publicarum
8 opum egestionem contingeret. Iam quae sequuntur? Voluisse quidem senatum censere dandum ex aerario

¹ A rhetorical exaggeration: Pallas was a freedman and some members of the Senate could have been sons of freedmen.

dishonour, in a State where the chief privilege of its highest office is that of being the first to pay compliments to Pallas in the Senate?

I say nothing of this offer of the praetorian insignia to a slave,¹ for they were slaves themselves who made the offer, nothing of the resolution that he should not only be begged but even compelled to wear a gold ring (it would lower the prestige of the Senate for a praetorian to wear the slave's iron one); these are trivial details which may well be set aside. This is what must stand on record; on behalf of Pallas the Senate (and the House has not been subsequently purged of its shame) — on behalf of Pallas the Senate thanked the Emperor for his own recognition of the man in bestowing high honour, and for giving them the opportunity of testifying their appreciation. For what could be more splendid for the Senate than to show suitable gratitude to Pallas? The resolution continues: “. . . that Pallas, to whom all to the utmost of their ability acknowledge their obligation, should reap the just reward of his outstanding loyalty and devotion to duty.” (One might suppose he had extended the boundaries of the Empire or brought home the armies he had commanded.) Then follows: “Since the Senate and the Roman people could have no more gratifying occasion for liberality than the opportunity to add to the means of this self-denying and faithful custodian of the imperial finances. . . .” This then was the will of the Senate, the chief pleasure of the people, the highly gratifying occasion for liberality—to add to Pallas's fortune by squandering public funds.

What next? The Senate wished to vote him a

THE LETTERS OF PLINY

sestertium centies quinquagies et quanto ab eius modi cupiditatibus remotior eius animus esset, tanto impensius petere a publico parente, ut eum compelleret ad cedendum senatui. Id vero deerat, ut cum Pallante auctoritate publica ageretur, Pallas rogaretur ut senatui cederet, ut illi superbissimae abstinentiae Caesar ipse patronus, ipse advocaretur,¹ ne sestertium centies quinquagies sperneret. Sprevit, quod solum potuit tantis opibus publice oblati adrogantius facere, quam si accepisset. Senatus tamen id quoque similis querenti laudibus tulit, his quidem verbis: sed cum princeps optimus parensque publicus rogatus a Pallante eam partem sententiae, quae pertinebat ad dandum ei ex aerario sestertium centies quinquagies, remitti voluisset, testari senatum, et se libenter ac merito hanc summam inter reliquos honores ob fidem diligentiamque Pallanti decernere coepisse, voluntati tamen principis sui, cui in nulla re fas putaret repugnare, in hac quoque re obsequi. Imaginare Pallantem velut intercedentem senatus consulto moderantemque honores suos et sestertium centies quinquagies ut nimium recusantem, cum praetoria ornamenta tamquam minus recepisset; imaginare Caesarem liberti precibus vel potius imperio coram senatu obtemperantem (imperat enim libertus patrono, quem in senatu rogat); imaginare senatum usquequaque testantem merito libenterque se hanc summam inter reliquos

¹ advocaretur a: advocatus esset *Mθ*.

grant of fifteen million sesterces from the Treasury, and, knowing how far removed he was from all desires of this kind, the more urgently besought the Father of the State to compel him to comply with their wishes. In fact the only thing lacking was for Pallas to be officially approached and begged to comply, for the Emperor himself to champion the cause, and plead with that insolent self-denial in order that the fifteen million should not be rejected. But Pallas did reject it; a great fortune had been offered him in the name of the State, and this was his only means of showing greater contempt than if he had accepted it. Yet even this the Senate met with further compliments, this time in a reproachful tone: "But inasmuch as the noble Emperor and Father of the State at Pallas's request has expressed his wish that the clause referring to the grant of fifteen million sesterces from the Treasury should be rescinded, the Senate declares that though it had freely and justly taken steps to grant this sum to Pallas among the other distinctions offered him on account of his loyalty and devotion to duty, yet since it holds that in nothing is it lawful to oppose the Emperor, in this matter also it must bow to his wishes."

Picture Pallas interposing his veto, as it were, on the Senate's decree, setting limits to his own honours, and refusing fifteen million as excessive while accepting the praetorian insignia as if they meant less! Picture the Emperor before the assembled Senate carrying out his freedman's request or rather command—for this is what such a request made before the Senate amounts to. Picture the Senate going so far as to declare that it had freely and justly taken

THE LETTERS OF PLINY

honores Pallanti coepisse decernere et perseveraturum fuisse, nisi obsequeretur principis voluntati, cui non esset fas in ulla re repugnare. Ita ne sestertium centies quinquagies Pallas ex aerario ferret, verecundia ipsius obsequio senatus opus fuit in hoc praecipue non obsecuturi, si in ulla re putasset fas esse non obsequi.

- 13 Finem existimas? Mane dum et maiora accipe: " Utique, cum sit utile principis benignitatem promptissimam ad laudem praemiaque merentium inlustrari ubique et maxime iis locis, quibus incitari ad imitationem praepositi rerum eius curae possent, et Pallantis spectatissima fides atque innocentia exemplo provocare studium tam honestae aemulationis posset, ea quae x kal. Februarias quae proximae fuissent in amplissimo ordine optimus princeps recitasset senatusque consulta de iis rebus facta in aere inciderentur, idque aes figeretur ad statuam lorikatam divi Iulii."
- 14 Parum visum tantorum dedecorum esse curiam testem: delectus est celeberrimus locus, in quo legenda praesentibus, legenda futuris proderentur. Placuit aere signari omnes honores fastidiosissimi mancipi, quosque repudiasset quosque quantum ad decernentes

¹ This seems to be the only reference to this statue; it presumably stood outside the Temple of Divus Iulius where the offices of the *fiscus* were probably housed. An official of the *fiscus* was called the *procurator a loricata*.

steps to grant Pallas this sum among his other honours, and that it would have carried out its intention but for the need of bowing to the Emperor's wishes which could not on any point be lawfully opposed. Thus, to permit Pallas to decline this fifteen million from the Treasury, it took the combined forces of his own discretion and the Senate's obedience, which it would never have shown on this occasion had it believed that disobedience were lawful on any point.

Is this all, do you think? Wait and hear something better still. "Inasmuch as it is expedient that the Emperor's generous promptitude to praise and reward merit should everywhere be published and particularly in places where those entrusted with the administration of his affairs may be encouraged to follow the example set them, and where the example of Pallas's proved loyalty and integrity may inspire others to honourable rivalry, it is resolved that the statement made by the noble Emperor before this distinguished House on 23 January, together with the resolutions passed by the Senate concerning this matter, shall be engraved on a bronze tablet and that tablet shall be affixed to the mailed statue of the deified Julius Caesar."¹ So it was not enough for these disgraceful proceedings to be witnessed by the walls of the Senate house; the most frequented spot in Rome was chosen to display them, where they could be read by everyone, today and ever after. A resolution was passed that all the honours of this insolent slave should be inscribed on bronze, both those he had refused and those he had accepted as far as those who conferred them had the power to do

THE LETTERS OF PLINY

- pertinet gessit. Incisa et insculpta sunt publicis aeternisque monumentis praetoria ornamenta Pallantis, sic quasi foedera antiqua, sic quasi sacrae leges.
- 15 Tanta principis, tanta senatus, tanta Pallantis ipsius—quid dicam nescio, ut vellent in oculis omnium figi Pallas insolentiam suam, patientiam Caesar, humilitatem senatus. Nec puduit rationem turpitudini obtendere, egregiam quidem pulchramque rationem, ut exemplo Pallantis praemiorum ad studium aemulationis ceteri provocarentur. Ea honorum vilitas erat, illorum etiam quos Pallas non dedignabatur. Inveniebantur tamen honesto loco nati, qui peterent cuperentque quod dari liberto promitti servis videbant.
- 17 Quam iuvat quod in tempora illa non incidi, quorum sic me tamquam illis vixerim pudet! Non dubito similiter adfici te. Scio quam sit tibi vivus et ingenuus animus: ideo facilius est ut me, quamquam indignationem quibusdam in locis fortasse ultra epistulae modum extulerim, parum doluisse quam nimis credas. Vale.

VII

C. PLINIUS TACITO SUO S.

- 1 NEQUE ut magistro magister neque ut discipulo discipulus (sic enim scribis), sed ut discipulo magister (nam tu magister, ego contra; atque adeo tu in

so. The praetorian insignia granted to Pallas were engraved and cut on a public monument for all time as if they were an ancient covenant or a sacred law. To such lengths did the Emperor, the Senate, and Pallas himself push their—I can't think of a word to express their conduct—as if they intended to set up a record in the sight of all, Pallas of his insolence, the Emperor of his complaisance, the Senate of its degradation! Nor were they ashamed to find a reason to justify their disgrace, and a splendid reason too, “so that by the reward given to Pallas others might be inspired to rival him”! Honours were then to be so cheap, the honours which Pallas did not disdain; and yet people of good family could be found who were fired by ambition for distinctions which they saw granted to freedmen and promised to slaves.

How glad I am that my lot did not fall in those days—for which I blush as if I had lived in them. I am sure you will feel the same, knowing your lively sympathy and honest mind; so that, though in some passages I may have let my indignation carry me beyond the bounds of a letter, you will readily believe that I have suppressed my feelings rather than exaggerated them.

VII

TO CORNELIUS TACITUS

It was not as one master to another, nor, as you say, as one pupil to another, but as a master to his pupil (for you are master, I am pupil, and so you call me back to school while I am still keeping the

THE LETTERS OF PLINY

scholam revocas, ego adhuc Saturnalia extendo)
2 librum misisti. Num potui longius hyperbaton facere;
atque hoc ipso probare eum esse me qui non modo
magister tuus, sed ne discipulus quidem debeam dici?
Sumam tamen personam magistri, exseramque in
librum tuum ius quod dedisti, eo liberius quod nihil
ex meis interim missurus sum tibi in quo te ulciscaris.
Vale.

VIII

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

1 VIDISTINE aliquando Clitumnum fontem? Si non-
dum (et puto nondum: alioqui narrasses mihi), vide;
2 quem ego (paenitet tarditatis) proxime vidi. Modi-
cus collis adsurgit, antiqua cupressu nemorosus et
opacus. Hunc subter exit fons et exprimitur pluribus
venis sed imparibus, eluctatusque quem facit gurgi-
tem¹ lato gremio patescit, purus et vitreus, ut nu-
merare iactas stipes et relucentes calculos possis.
3 Inde non loci devexitate, sed ipsa sui copia et quasi
pondere impellitur, fons adhuc et iam amplissimum
flumen, atque etiam navium patiens; quas obvias
quoque et contrario nisu in diversa tendentes trans-
mittit et perfert, adeo validus ut illa qua properat
ipse, quamquam per solum planum, remis non adiu-

¹ eluctatusque (-que om. *θ*, add. *i*) quem *Mθ*: eluctatusque
facit gurgitem qui *a*.

¹ See VII. 20. This could be the *Dialogus* (the tone of the
letter suggests a work on oratory) or a second roll of the *His-
tories*.

BOOK VIII. VII. I-VIII. 3

Saturnalia) that you sent me your book.¹ Could I write a longer hyperbaton than that, and thereby prove that so far from being your master I do not even deserve to be called your pupil? But I will play the part of master and exercise the authority you have given me over your book; the more freely as for the moment I have nothing of my own to send you on which you can take your revenge.

VIII

TO VOCONIUS ROMANUS

HAVE you ever seen the source of the Clitumnus? ² If not (and I fancy not, or you would have told me) do visit it as I did the other day. I am only sorry I put off seeing it so long.

There is a fair-sized hill which is densely wooded with ancient cypresses; at the foot of this the spring rises and gushes out through several channels of different size, and when its eddies have subsided it broadens out into a pool as clear as glass. You can count the coins which have been thrown in and the pebbles shining at the bottom. Then it is carried on, not by any downward slope of the land but by its own volume and weight of water: one minute it is still a spring and the next a broad river navigable for boats to which it can give a passage even when two are moving in opposite directions and must pass each

¹ In Umbria, between Trevi and Spoleto (Clitunno). Cf. Virgil, *Georgics*, II. 146; Propertius, *Elegies*, II. 19. 25; Statius, *Silvae*, I. 4. 128 ff.

THE LETTERS OF PLINY

vetur, idem aegerrime remis contisque superetur
4 adversus. Iucundum utrumque per iocum ludum-
que fluitantibus, ut flexerint cursum, laborem otio
otium labore variare. Ripae fraxino multa, multa
populo vestiuntur, quas perspicuus amnis velut
mersas viridi imagine adnumerat. Rigor aquae
5 certaverit nivibus, nec color cedit. Adiacet tem-
plum priscum et religiosum. Stat Clitumnus ipse
amictus ornatusque praetexta; praesens numen atque
etiam fatidicum indicant sortes. Sparsa sunt circa
sacella complura, totidemque di. Sua cuique véné-
ratio suum nomen, quibusdam vero etiam fontes.
Nam praeter illum quasi parentem ceterorum sunt
minores capite discreti; sed flumini miscentur, quod
6 ponte transmittitur. Is terminus sacri profanique:
in superiore parte navigare tantum, infra etiam
natate concessum. Balineum Hispellates, quibus
illum locum divus Augustus dono dedit, publice prae-
bent, praebent et hospitium. Nec desunt villae
quae secutae fluminis amoenitatem margini insistent.
7 In summa nihil erit, ex quo non capias voluptatem.
Nam studebis quoque: leges multa multorum omni-
bus columnis omnibus parietibus inscripta, quibus fons
ille deusque celebratur. Plura laudabis, non nulla

¹ Spello.

other. The current is so strong that although the ground remains level, a boat travelling downstream is hurried along without needing its oars, while it is very difficult to make any headway upstream with oars and poles combined. Anyone boating for pleasure can enjoy hard work alternating with easy movement simply by a change of course.

The banks are thickly clothed with ash trees and poplars, whose green reflections can be counted in the clear stream as if they were planted there. The water is as cold and as sparkling as snow. Close by is a holy temple of great antiquity in which is a standing image of the god Clitumnus himself clad in a magistrate's bordered robe; the written oracles lying there prove the presence and prophetic powers of his divinity. All round are a number of small shrines, each containing its god and having its own name and cult, and some of them also their own springs, for as well as the parent stream there are smaller ones which have separate sources but afterwards join the river. The bridge which spans it marks the sacred water off from the ordinary stream: above the bridge boats only are allowed, while below bathing is also permitted. The people of Hispellum,¹ to whom the deified Emperor Augustus presented the site, maintain a bathing place at the town's expense and also provide an inn; and there are several houses picturesquely situated along the river bank. Everything in fact will delight you, and you can also find something to read: you can study the numerous inscriptions in honour of the spring and the god which many hands have written on every pillar and wall. Most of them you will admire, but some will make

THE LETTERS OF PLINY

ridebis; quamquam tu vero, quae tua humanitas, nulla ridebis. Vale.

IX

C. PLINIUS URSO SUO S.

1 OLIM non librum in manus, non stilum sumpsisti, olim nescio quid sit otium quid quies, quid denique illud iners quidem, iucundum tamen nihil agere nihil esse: adeo multa me negotia amicorum nec secedere nec
2 studere patiuntur. Nulla enim studia tanti sunt, ut amicitiae officium deseratur, quod religiosissime custodiendum studia ipsa praecipiant. Vale.

X

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

1 Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc tristior audies neptem tuam abortum fecisse, dum se praegnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quaedam custodienda praegnantibus omittit, facit omit-
2 tendenda. Quem errorem magnis documentis expiavit, in summum periculum adducta. Igitur, ut necesse est graviter accipias senectutem tuam quasi paratis posteris destitutam, sic debes agere dis gratias, quod ita tibi in praesentia pronepotes negaverunt, ut servarent neptem, illos reddituri, quorum nobis spem
26

BOOK VIII. VIII. 7-X. 2

you laugh—though I know you are really too charitable to laugh at any of them.

IX

TO CORNELIUS URSUS

It is a long time since I have had a book or a pen in my hand, a long time since I have known what peace and quiet are or even known that lovely, lazy state of doing and being nothing; so completely has the pressure of my friends' business kept me from either leaving Rome or working at my books. For no such work is important enough to justify neglect of the claims of friendship, a duty which these same books tell us to observe with scrupulous care.

X

TO CALPURNIUS FABATUS, HIS WIFE'S
GRANDFATHER

I KNOW how anxious you are for us to give you a great-grandchild, so you will be all the more sorry to hear that your granddaughter has had a miscarriage. Being young and inexperienced she did not realize she was pregnant, failed to take proper precautions, and did several things which were better left undone. She has had a severe lesson, and paid for her mistake by seriously endangering her life; so that although you must inevitably feel it hard for your old age to be robbed of a descendant already on the way, you should thank the gods for sparing your granddaughter's life even though they denied you

THE LETTERS OF PLINY

certiorem haec ipsa quamquam parum prospere ex-
3 plorata fecunditas facit. Isdem nunc ego te quibus
ipsum me hortor moneo confirmo. Neque enim
ardentius tu pronepotes quam ego liberos cupio, qui-
bus videor a meo tuoque latere pronum ad honores
iter et audita latius nomina et non subitas imagines
relicturus. Nascantur modo et hunc nostrum dolo-
rem gaudio mutant. Vale.

XI

C. PLINIUS HISPULLAE SUAE S.

1 CUM adfectum tuum erga fratris filiam cogito
etiam materna indulgentia molliorem, intellego prius
tibi quod est posterius nuntiandum, ut praesumpta
laetitia sollicitudini locum non relinquat. Quam-
quam vereor ne post gratulationem quoque in metum
redeas, atque ita gaudeas periculo liberatam, ut simul
2 quod periclitata sit perhorrescas. Iam hilaris, iam
sibi iam mihi reddita incipit refici, transmissumque
discrimen convalescendo metiri. Fuit alioqui in
summo discrimine (impune dixisse liceat), fuit nulla
sua culpa, aetatis aliqua. Inde abortus et ignorati
3 uteri triste experimentum. Proinde etsi non contigit
tibi desiderium fratris amissi aut nepote eius aut
nepte solari, memento tamen dilatatum magis istud
28

the child for the present. They will surely grant us children later on, and we may take hope from this evidence of her fertility though the proof has been unfortunate.

I am giving you the same advice and encouragement as I use on myself, for your desire for great-grandchildren cannot be keener than mine for children. Their descent from both of us should make their road to office easy; I can leave them a well-known name and an established ancestry, if only they may be born and turn our present grief to joy.

XI

TO CALPURNIA HISPULLA

REMEMBERING how you love your brother's daughter more tenderly than a mother, I feel that I ought to begin with the second half of my news, so that happiness may come first and leave no room for anxiety. And yet I am afraid your relief will turn to fear again, and your joy at hearing that your niece is out of danger will be tempered by your alarm at her narrow escape. By now her good spirits are returning as she feels herself restored to herself and to me, and she is beginning to measure the danger she has been through by her progress towards recovery. The danger was indeed grave—I hope I may safely say so now—through no fault of her own, but perhaps of her youth. Hence her miscarriage, a sad proof of unsuspected pregnancy. So though you are still without a grandchild of your brother's to comfort you for his loss, you must remember that this

THE LETTERS OF PLINY

quam negatum, cum salva sit ex qua sperari potest. Simul excusa patri tuo casum, cui paratior apud feminas venia. Vale.

XII

C. PLINIUS MINICIANO SUO S.

- 1 Hunc solum diem excuso: recitaturus est Titinius Capito, quem ego audire nescio magis debeam an cupiam. Vir est optimus et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus. Colit studia, studiosos amat fovet provehit, multorum qui aliqua componunt portus sinus gremium,¹ omnium exemplum, ipsarum denique litterarum iam senescentium reductor ac
- 2 reformator. Domum suam recitantibus praebet, auditoria non apud se tantum benignitate mira frequentat; mihi certe, si modo in urbe, defuit numquam. Porro tanto turpius gratiam non referre,
- 3 quanto honestior causa referendae. An si litibus tererer, obstrictum esse me crederem obeunti vadi-
monia mea, nunc, quia mihi omne negotium omnis in studiis cura, minus obligor tanta sedulitate celebranti, in quo obligari ego, ne dicam solo, certe
- 4 maxime possum? Quod si illi nullam vicem nulla quasi mutua officia deberem, sollicitarer tamen vel

¹ gremium *G. H. Schaefer*: praemium *Mal.*

¹ Hopes that were never realized. The contrast in tone between the two letters is striking.

consolation is postponed, not denied us. We build our hopes¹ on her, and she has been spared. Meanwhile, explain this accident to your father, as it is the sort women can more easily understand.

XII

TO CORNELIUS MINICIANUS

TODAY is the one day I must be free: Titinius Capito is giving a reading, which it is my duty—or perhaps my urgent desire—to attend. He is a splendid personality who should be numbered among the shining lights of our generation; a patron of literature and admirer of literary men, whom he supports and helps in their careers. To many who are authors he is a haven of refuge and protection, while he is an example to all; it is he in fact who has restored and reformed literature itself when it was on the decline. He lends his house for public readings, and is wonderfully generous about attending those which are held elsewhere; at any rate he has never missed one of mine, provided that he was in Rome at the time. It would then be all the more disgraceful in me to fail to show the gratitude I have every good reason to feel. If I were engaged in a lawsuit I should feel bound to the man who stood bail for me; so now when literature is absorbing all my thoughts, shall I feel less bound to the one whose unfailing attentiveness to me gives him a special—if I mayn't say a sole—claim on me? But even if I owed Capito no return, no exchange of services, I should still be persuaded by the greatness of his noble

THE LETTERS OF PLINY

ingenio hominis pulcherrimo et maximo et in summa severitate dulcissimo, vel honestate materiae. Scribit exitus inlustrium virorum, in his quorundam mihi
5 carissimorum. Videor ergo fungi pio munere, quorumque exsequias celebrare non licuit, horum quasi funebribus laudationibus seris quidem sed tanto magis veris interesse. Vale.

XIII

C. PLINIUS GENIALI SUO S.

1 PROBO quod libellos meos cum patre legisti. Pertinet ad profectum tuum a disertissimo viro discere, quid laudandum quid reprehendendum, simul ita institui, ut verum dicere adsuescas. Vides quem
2 sequi, cuius debeas implere vestigia. O te beatum, cui contigit unum atque idem optimum et coniunctissimum exemplar, qui denique eum potissimum imitandum habes, cui natura esse te simillimum voluit! Vale.

XIV

C. PLINIUS ARISTONI SUO S.

1 CUM sis peritissimus et privati iuris et publici, cuius pars senatorium est, cupio ex te potissimum audire, erraverim in senatu proxime necne, non ut

¹ In I. 17. 3 Capito writes in verse on the lives of the republican heroes, but the present work may be in prose. For the theme, cf. C. Fannius's work described in V. 5. 3.

genius which can combine tenderness with austerity, or else by the dignity of his theme. He is writing on the deaths of famous men,¹ some of whom were very dear to me; so I feel that I am performing a pious duty in being present at something like their funeral orations when I could not attend their funerals: a tribute no less sincere for being thus delayed.

XIII

To GENIALIS

I AM glad to hear that you have been reading my published speeches with your father. It will help your own progress if you learn from a man of his accomplishments what to admire and what to criticize, and at the same time are taught the habit of speaking the truth. You have your model before you, in whose footsteps you should tread, and are fortunate indeed to be blessed with a living example who is both the best possible and your close relative: in short, to have for imitation the very man whom Nature intended you to resemble most.

XIV

To TITUS ARISTO

As you are such an authority on civil and constitutional law, including senatorial procedure, I am particularly anxious to hear whether or not you think I made a mistake at a recent meeting of the Senate. It is too late to be put right about past events, but I

THE LETTERS OF PLINY

in praeteritum (serum enim), verum ut in futurum si
2 quid simile inciderit erudiar. Dices: "Cur quaeris
quod nosse debebas?"¹ Priorum temporum servi-
tus ut aliarum optimarum artium, sic etiam iuris
senatorii oblivionem quandam et ignorantiam induxit.
3 Quotus enim quisque tam patiens, ut velit discere,
quod in usu non sit habiturus? Adde quod difficile
est tenere quae acceperis nisi exerceas. Itaque
reducta libertas rudes nos et imperitos deprehendit;
cuius dulcedine accensi, cogimur quaedam facere
4 ante quam nosse. Erat autem antiquitus institutum,
ut a maioribus natu non auribus modo verum etiam
oculis disceremus, quae facienda mox ipsi ac per
vices quasdam tradenda minoribus haberemus.
5 Inde adolescentuli statim castrensibus stipendiis
imbuebantur ut imperare parendo, duces agere dum
sequuntur adsuescerent; inde honores petitori ad-
sistebant curiae foribus, et consilii publici spectatores
6 ante quam consortes erant. Suus cuique parens pro
magistro, aut cui parens non erat maximus quisque et
vetustissimus pro parente. Quae potestas referenti-
bus, quod censentibus ius, quae vis magistratibus,
quae ceteris libertas, ubi cedendum ubi resistendum,
quod silentii tempus, quis dicendi modus, quae dis-
tinctio pugnantium sententiarum, quae exsecutio

¹ debebas *Gronovius*: debeas *MaI.*

should like to know what to do in future should any similar situation arise. You will wonder why I am asking a question I should have been able to answer myself. The fact is we have forgotten our knowledge of senatorial procedure, as of other honest practices, in the servitude of former times; very few people have the patience and will-power to learn what is never likely to be of any practical use, and it is besides difficult to remember what you have learned unless you put it into practice. So, now that Liberty is restored, she finds us awkward and inexperienced; carried away by her charms we are compelled to act in certain ways before we understand them.

In ancient times it was the recognized custom for us to learn from our elders by watching their behaviour as well as listening to their advice, thus acquiring the principles on which to act subsequently ourselves and to hand on in our turn to our juniors. Hence young men began their early training with military service, so that they might grow accustomed to command by obeying, and learn how to lead by following others; hence as candidates for office they stood at the door of the Senate house and watched the course of State councils before taking part in them. Everyone had a teacher in his own father, or, if he was fatherless, in some older man of distinction who took his father's place. Thus men learned by example (the surest method of instruction) the powers of the proposer, the rights of expressing an opinion, the authority of office, and the privileges of ordinary members; they learned when to give way and when to stand firm, how long to speak and when to keep silence, how to distinguish between conflicting

THE LETTERS OF PLINY

prioribus aliquid addentium, omnem denique senatorium morem (quod fidissimum percipiendi genus) 7 exemplis docebantur. At nos iuvenes fuimus quidem in castris; sed cum suspecta virtus, inertia in pretio, cum ducibus auctoritas nulla, nulla militibus verecundia, nusquam imperium nusquam obsequium, omnia soluta turbata atque etiam in contrarium versa, postremo obliviscenda magis quam tenenda. 8 Iidem prospeximus curiam, sed curiam trepidam et elinguem, cum dicere quod velles periculosum, quod nolles miserum esset. Quid tunc disci potuit, quid didicisse iuvit, cum senatus aut ad otium summum aut ad summum nefas vocaretur, et modo ludibrio modo dolori retentus numquam seria, tristia saepe 9 censeret? Eadem mala iam senatores, iam participes malorum multos per annos vidimus tulimusque; quibus ingenia nostra in posterum quoque hebetata 10 fracta contusa sunt. Breve tempus (nam tanto brevius omne quanto felicius tempus) quo libet scire quid simus, libet exercere quod scimus.¹ Quo iustius peto primum ut errori, si quis est error, tribuas veniam, deinde medearis scientia tua cui semper fuit curae, sic iura publica ut privata sic antiqua ut recentia sic rara ut adsidua tractare. Atque ego arbitror illis etiam, quibus plurimarum rerum agitatio

¹ scimus *Reifferscheid*: sumus *Mal*.

¹ Cf. *Pan.* 18. 1.

² Cf. *Pan.* 76. 3 and *Tacitus, Agr.* 44-5.

8 spes tot gaudia dies unus in diversa convertit. Modo designatus aedilis, recens maritus recens pater intactum honorem, orbam matrem, viduam uxorem, filiam pupillam ignaram¹ patris reliquit. Accedit lacrimis meis quod absens et impendentis mali nescius, pariter aegrum pariter decessisse cognovi, ne gravissimo dolori timore consuescerem. In tantis tormentis eram cum scriberem haec <ut haec>² scriberem sola; neque enim nunc aliud aut cogitare aut loqui possum. Vale.

XXIV

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

1 AMOR in te meus cogit, non ut praecipiam (neque enim praeceptore eges), admoneam tamen, ut quae
2 scis teneas et observes, aut nescire melius. Cogita te missum in provinciam Achaiam, illam veram et meram Graeciam, in qua primum humanitas litterae, etiam fruges inventae esse creduntur; missum ad ordinandum statum liberarum civitatum, id est ad homines maxime homines, ad liberos maxime

¹ ignaram *Keil*: ignaram avi *Mθ*: ignaramque *a*.

² ut haec scrib. sola *D. S. Robertson*: scrib. sola *Mθ*, *om. a*.

¹ He is to act (together with the annual proconsul) as a *corrector*, a special commissioner appointed by the Emperor.

year ago, and a daughter not long born. So many hopes and joys are thus reversed in a single day. He had just been elected aedile, and for a short time he was husband and father: now he has left the post he never held, his mother is childless and his wife a widow, and his daughter is left an orphan, never to know a father's love. I weep the more to think that I was away and knew nothing of the fate hanging over him—the news of his illness and death reached me at the same moment, before apprehension could accustom me to this cruel sorrow. I am in such anguish as I write that this must be all; I can think and speak of nothing else just now.

XXIV

TO VALERIUS (?) MAXIMUS

I KNOW you need no telling, but my love for you prompts me to remind you to keep in mind and put into practice what you know already, or else it would be better for you to remain ignorant. Remember that you have been sent to the province of Achaia, to the pure and genuine Greece, where civilization and literature, and agriculture, too, are believed to have originated; and you have been sent to set in order the constitution of free cities,¹ and are going to free men who are both men and free in the fullest sense, for they have maintained their natural rights

Civitates liberae were normally exempt from the governor's authority (cf. X. 47 and 92), as were *civitates foederatae* which had separate treaties with Rome guaranteeing their rights and privileges.

THE LETTERS OF PLINY

liberos, qui ius a natura datum virtute meritis amicitia, foedere denique et religione tenuerunt. Reverere conditores deos et nomina deorum reverere gloriam veterem et hanc ipsam senectutem, quae in homine venerabilis, in urbibus sacra. Sit apud te honor antiquitati, sit ingentibus factis, sit fabulis quoque. Nihil ex cuiusquam dignitate, nihil ex libertate, nihil etiam ex iactatione decerpseris. Habe ante oculos hanc esse terram, quae nobis miserit iura, quae leges non victis sed petentibus dederit, Athenas esse quas adeas, Lacedaemonem esse quam regas; quibus reliquam umbram et residuum libertatis nomine eripere durum ferum barbarum est. Vides a medicis, quamquam in adversa valetudine nihil servi ac liberi differant, mollius tamen liberos clementiusque tractari. Recordare quid quaeque civitas fuerit, non ut despicias quod esse desierit; absit superbia asperitas. Nec timueris contemptum. An contemnitur qui imperium qui fasces habet, nisi humilis et sordidus, et qui se primus ipse contemnit? Male vim suam potestas aliorum contumeliis experitur, male terrore veneratio acquiritur, longeque valentior amor ad obtinendum quod velis quam timor. Nam timor abit si recedas, manet amor, ac sicut ille in odium hic in reverentiam vertitur. Te vero etiam atque etiam (repetam enim) meminisse oportet officii tui titulum ac tibi ipsum interpretari, quale quantum-

by their courage, merits, and friendly relationships, and finally by treaty and sanction of religion. Respect the gods their founders and the names they bear, respect their ancient glory and their very age, which in man commands our veneration, in cities our reverence. Pay regard to their antiquity, their heroic deeds, and the legends of their past. Do not detract from anyone's dignity, independence, or even pride, but always bear in mind that this is the land which provided us with justice and gave us laws, not after conquering us but at our request; that it is Athens you go to and Sparta you rule, and to rob them of the name and shadow of freedom, which is all that now remains to them, would be an act of cruelty, ignorance and barbarism. (Illness is the same in a slave as in a free man, but you will have observed how a doctor will treat the free man with more kindness and consideration.) Remember what each city was once, but without looking down on it for being so no longer; do not allow yourself to be hard or domineering, and have no fear that you will be despised for this. No one who bears the insignia of supreme authority is despised unless his own meanness and ignobility show that he must be the first to despise himself. It is a poor thing if authority can only test its powers by insults to others, and if homage is to be won by terror; affection is far more effective than fear in gaining you your ends. Fear disappears at your departure, affection remains, and, whereas fear engenders hatred, affection develops into genuine regard.

Never, never forget (I must repeat this) the official title you bear, and keep clearly in mind what it means to establish order in the constitution of free

THE LETTERS OF PLINY

- que sit ordinare statum liberarum civitatum. Nam quid ordinatione civilius, quid libertate pretiosius?
- 8 Porro quam turpe, si ordinatio eversione, libertas servitute mutetur! Accedit quod tibi certamen est tecum: onerat te quaesturae tuae fama, quam ex Bithynia optimam revexisti; onerat testimonium principis; onerat tribunatus, praetura atque haec
- 9 ipsa legatio quasi praemium data. Quo magis nitendum est ne in longinqua provincia quam suburbana, ne inter servientes quam liberos, ne sorte quam iudicio missus, ne rudis et incognitus quam exploratus probatusque humanior melior peritior fuisse videaris, cum sit alioqui, ut saepe audisti saepe legisti, multo deformius amittere quam non adsequi laudem.
- 10 Haec velim credas, quod initio dixi, scripsisse me admonentem, non praecipientem; quamquam praecipientem quoque. Quippe non vereor, in amore ne modum excesserim. Neque enim periculum est ne sit nimium quod esse maximum debet. Vale.

cities, for nothing can serve a city like ordered rule and nothing is so precious as freedom; nor can anything equal the disgrace should order be overthrown and freedom give place to servitude. You are moreover your own rival; you bring with you the excellent reputation you won during your quaestorship in Bithynia, you bring the Emperor's recognition and your experience as tribune, praetor, and holder of your present office, given you as a reward for your services. You must then make every effort not to let it appear that you were a better, kinder, and more experienced administrator in a remote province than in one nearer Rome, and when dealing with servile rather than free men, when you were elected by lot instead of being the Emperor's choice, and at a time when you were raw and unknown before being tested and proved by experience. And, besides, as you have often heard and read, it is far more shameful to lose a reputation than not to win one.

Please believe, as I said at the start, that this letter was intended not to tell, but to remind you of your duties—though I know I am really telling you as well, as I am not afraid of letting my affection carry me too far; there is no danger of excess where there ought to be no limits.

BOOK IX

LIBER NONUS

I

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

1 SAEPE te monui, ut libros quos vel pro te vel in
Plantam, immo et pro te et in illum (ita enim materia
cogebat), composuisti quam maturissime emitteres;
quod nunc praecipue morte eius audita et hortor et
2 moneo. Quamvis enim legeris multis legendosque
dederis, nolo tamen quemquam opinari defuncto
demum incohatos, quos incolumi eo peregisti. Salva
3 sit tibi constantiae fama. Erit autem, si notum
aequis iniquisque fuerit non post inimici mortem
scribendi tibi natam esse fiduciam, sed iam paratam
4 editionem morte praeventam. Et simul vitabis illud
οὐχ ὁσὶν φθιμένοισι. Nam quod de vivente scrip-
tum de vivente recitatum est,¹ in defunctum quoque
tamquam viventem adhuc editur, si editur statim.
Igitur si quid aliud in manibus, interim differ; hoc

¹ de vivente recitatum *a et (post est) i: om. Mγ, Stout.*

¹ Pompeius Planta, prefect of Egypt 98-100. This letter is unlikely to be addressed to his successor, Vibius Maximus, as he was condemned for malpractices in 107. If the recipient is Novius M., cf. IV. 20 and V. 5 (S-W). Planta was the

BOOK IX

I

TO NOVIUS (?) MAXIMUS

I HAVE often urged you to be as quick as you can about publishing the articles you wrote in your own defence or against Planta¹—or rather, with both ends in view as the subject demanded. Now that I have news of his death, I really do beg you to do this. I know you have read them to a number of people and lent them to others to read, but I don't want anyone to imagine that you waited for his death to begin what you had in fact completed during his lifetime. You must keep up your reputation for standing by your convictions, and can do so if it is known to your friends and enemies alike that you did not pluck up courage to write as a result of your enemy's death, but that your work was already finished for publication when his death intervened. At the same time you will avoid Homer's "impiety of boasting over the dead,"² for anything written and read about a man in his lifetime can still be published against him after death as if he were still alive, so long as it is published at once. So, if you have anything else in hand, lay it aside for the present and put

author of a work on the Civil Wars of 69 (Schol. to Juv. *Sat.* II. 99) possibly the reason for Maximus's attack.

² *Odyssey* XXII, 412.

THE LETTERS OF PLINY

perface, quod nobis qui legimus olim absolutum videtur. Sed iam videatur et tibi, cuius cunctationem nec res ipsa desiderat, et temporis ratio praecidit. Vale.

II

C. PLINIUS SABINO SUO S.

- 1 FACIS iucunde quod non solum plurimas epistulas
meas verum etiam longissimas¹ flagitas; in quibus
parcior fui partim quia tuas occupationes verebar,
partim quia ipse multum distringebam plerumque
frigidis negotiis quae simul et avocant animum et
comminuunt. Praeterea nec materia plura scri-
2 bendi dabatur. Neque enim eadem nostra condicio
quae M. Tulli, ad cuius exemplum nos vocas. Illi
enim et copiosissimum ingenium, et par ingenio qua
varietas rerum qua magnitudo largissime suppetebat;
3 nos quam angustis terminis claudamur etiam tacente
me perspicis, nisi forte volumus scholasticas tibi atque,
4 ut ita dicam, umbraticas litteras mittere. Sed nihil
minus aptum arbitramur, cum arma vestra cum castra,
cum denique cornua tubas sudorem pulverem soles
5 cogitamus. Habes, ut puto, iustam excusationem,
quam tamen dubito an tibi probari velim. Est enim
summi amoris negare veniam brevibus epistulis ami-
corum, quamvis scias illis constare rationem. Vale.

¹ n. s. plurimas epistulas meas v. e. longissimas γ: n. s. epistulas v. e. plurimas *M, Stout.*

¹ Tacitus expresses the same regret in *Ann.* IV. 32.

BOOK IX. I. 4-II. 5

the finishing touch to these speeches; although those of us who have read them think they reached perfection long ago. You should think the same, for the subject calls for action and the circumstances should cut short your hesitation.

II

TO STATIUS SABINUS

It is kind of you to ask me to make my letters long as well as frequent. I have been rather doubtful about doing so, partly out of consideration for your busy life, partly because my own time has been much taken up, mostly with trivial duties which interrupt concentration and make it difficult to resume it. Besides, I lacked subject-matter for writing more. You want me to follow Cicero's example, but my position is very different from his. He was not only richly gifted but was supplied with a wealth of varied and important topics to suit his abilities, though you know without my telling you the narrow limits confining me.¹ I might decide to send you a sort of schoolboy's exercise for a letter, but I can imagine nothing less suitable, when I think of your life under arms, the camps, bugles and trumpets, sweat and dust and heat of the sun.

There is my excuse, a reasonable one I think, though I'm not sure if I want you to accept it; it is a sign of true affection to refuse to forgive a friend for the shortness of his letters although you know he has good reason for them.

THE LETTERS OF PLINY

III

C. PLINIUS PAULINO SUO S.

- 1 ALIUS aliud:¹ ego beatissimum existimo, qui bonae mansuraeque famae praesumptione perfruitur, certusque posteritatis cum futura gloria vivit. Ac mihi nisi praemium aeternitatis ante oculos, pingue illud
2 altumque otium placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam aut mortalitatem cogitare, et illos quidem contendere eniti, hos quiescere remitti, nec brevem vitam caducis laboribus fatigare, ut video multos misera simul et ingrata imagine industriae ad vilitatem sui pervenire.
3 Haec ego tecum quae cotidie mecum, ut desinam mecum, si dissenties tu; quamquam non dissenties, ut qui semper clarum aliquid et immortale meditere. Vale.

IV

C. PLINIUS MACRINO SVO S.

- 1 VERERER ne immodicam orationem putares, quam cum hac epistula accipies, nisi esset generis eius ut saepe incipere saepe² desinere videatur. Nam singulis criminibus singulae velut causae continentur.
2 Poteris ergo, undecumque coeperis ubicumque desieris, quae deinceps sequentur et quasi incipientia

¹ aliud *Mγ*: alium *ai*, *Guillemin*, *Schuster*.

² incipere saepe *ai*: *om. Mγ*, *Stout*.

¹ This fits the case of *Classicus* and his accomplices, III. 9.

III

TO VALERIUS PAULINUS

OPINIONS differ, but my idea of the truly happy man is of one who enjoys the anticipation of a good and lasting reputation, and, confident in the verdict of posterity, lives in the knowledge of the fame that is to come. Were my own eyes not fixed on the reward of immortality I could be happy in an easy life of complete retirement, for everyone, I think, must choose between two considerations: that fame is imperishable or man is mortal. The former will lead him to a life of toil and effort, the latter will teach him to relax quietly and not to wear out his short existence with vain endeavours, as I see many doing, though their semblance of industry, as wretched as it is unrewarding, only brings them to despise themselves. I tell you this as I tell it to myself every day, so that I can stop if you disagree; but I doubt if you will, when you have some great and immortal project always in mind.

IV

TO CAECILIUS MACRINUS

WITH this letter I am sending a speech which I might fear you would find too long, were it not the kind which gives the impression of repeated starts and conclusions; for each separate charge is treated as a separate case.¹ So, wherever you begin and leave off, you will be able to read what follows either

THE LETTERS OF PLINY

legere et quasi cohaerentia, meque in universitate longissimum, brevissimum in partibus iudicare. Vale.

V

C. PLINIUS TIRONI SUO S.

- 1 EGREGIE facis (inquiero enim) et persevera, quod iustitiam tuam provincialibus multa humanitate commendas; cuius praecipua pars est honestissimum quemque complecti, atque ita a minoribus amari, ut
2 simul a principibus diligere. Plerique autem dum verentur, ne gratiae potentium nimium impertire videantur, sinisteritatis atque etiam malignitatis
3 famam consequuntur. A quo vitio tu longe recessisti, scio, sed temperare mihi non possum quominus laudem similis monenti, quod eum modum tenes ut discrimina ordinum dignitatumque custodias; quae si confusa turbata permixta sunt, nihil est ipsa aequalitate inaequalius. Vale.

VI

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

- 1 OMNE hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundissima quiete transmisi. "Quemadmodum" inquis "in urbe potuisti?" Circenses erant, quo genere spectaculi ne levissime quidem teneor. Nihil novum

¹ Tiro is now in Baetica, of which P. was patron (III. 4. 5-6).

BOOK IX. IV. 2-VI. 1

as a new subject or as part of the whole, and judge me long-winded over the complete speech but brief enough in each section.

V

TO CALESTRIUS TIRO

I HEAR on enquiry that you are doing splendidly (and I hope this will continue) in your administration of justice in your province;¹ by your tact you make it accepted by the people, a tact which consists mainly in making every honest man your friend, and winning the affection of the humble without losing the regard of their superiors. Yet most people in their fear of appearing to allow too many concessions to the influence of the great, acquire the reputation of being clumsy and even offensive. You are quite free from this fault I know, but I cannot help sounding as if I were proffering advice when I meant to congratulate you on the way in which you preserve the distinctions of class and rank; once these are thrown into confusion and destroyed, nothing is more unequal than the resultant "equality."

VI

TO CALVISIUS RUFUS

I HAVE been spending all the last few days among my notes and papers in most welcome peace. How could I—in the city? The Races were on, a type of spectacle which has never had the slightest attraction for me. I can find nothing new or different in

THE LETTERS OF PLINY

- nihil varium, nihil quod non semel spectasse sufficiat.
- 2 Quo magis miror tot milia virorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos, insistentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte traherentur, esset ratio non nulla; nunc favent panno pannum amant, et si in ipso cursu medioque certamine hic color illuc ille huc transferatur, studium favorque transibit, et repente agitadores illos equos illos, quos procul nosci-
- 3 tant, quorum clamitant nomina relinquunt. Tanta gratia tanta auctoritas in una vilissima tunica, mitto apud vulgus, quod vilius tunica, sed apud quosdam graves homines; quos ego cum recordor, in re inani frigida adsidua, tam insatiabiliter desiderare, capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non capior.
- 4 Ac per hos dies libentissime otium meum in litteris colloco, quos alii otiosissimis occupationibus perdunt. Vale.

VII

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

- 1 AEDIFICARE te scribis. Bene est, inveni patrocini-um; aedifico enim iam ratione quia tecum. Nam hoc quoque non dissimile quod ad mare tu, ego ad
- 2 Larium lacum. Huius in litore plures meae villae,
- 3 sed duae maxime ut¹ delectant ita exercent. Altera

¹ maxime ut *M*: ut maxime γ .

them: once seen is enough, so it surprises me all the more that so many thousands of adult men should have such a childish passion for watching galloping horses and drivers standing in chariots, over and over again. If they were attracted by the speed of the horses or the drivers' skill one could account for it, but in fact it is the racing-colours they really support and care about, and if the colours were to be exchanged in mid-course during a race, they would transfer their favour and enthusiasm and rapidly desert the famous drivers and horses whose names they shout as they recognize them from afar. Such is the popularity and importance of a worthless shirt—I don't mean with the crowd, which is worth less than the shirt, but with certain serious individuals. When I think how this futile, tedious, monotonous business can keep them sitting endlessly in their seats, I take pleasure in the fact that their pleasure is not mine. And I have been very glad to make good use of my idle hours with literary work during these days which others have wasted in the idlest of occupations.

VII

TO VOCONIUS ROMANUS

I AM delighted to hear you are building; now I can count on you to plead my case, and be justified in my own plans if you are building too. We have a further point in common—you are building by the sea and I on the shores of Lake Como. There I have several houses, two of which give me a lot of pleasure but a

THE LETTERS OF PLINY

imposita saxis more Baiano lacum prospicit, altera
aeque more Baiano lacum tangit. Itaque illam
tragoediam, hanc adpellare comoediam soleo, illam
quod quasi cothurnis, hanc quod quasi socculis sus-
tinetur. Sua utrique amoenitas, et utraque possi-
4 denti ipsa diversitate iucundior. Haec lacu propius,
illa latius utitur; haec unum sinum molli curvamine
amplectitur, illa editissimo dorso duos dirimit; illic
recta gestatio longo limite super litus extenditur, hic
spatiosissimo xysto leviter inflectitur; illa fluctus
non sentit haec frangit; ex illa possis despicerere pis-
cantes, ex hac ipse piscari, hamumque de cubiculo ac
paene etiam de lectulo ut e naucula iacere. Hae mihi
5 causae utrique quae desunt adstruendi ob ea quae
supersunt. Etsi quid ego rationem tibi? apud quem
pro ratione erit idem facere. Vale.

VIII

C. PLINIUS AUGURINO SUO S.

1 Si laudatus a te laudare te coepero, vereor ne non
tam proferre iudicium meum quam referre gratiam
videar. Sed licet videar, omnia scripta tua pulcher-
2 rima existimo, maxime tamen illa de nobis. Accidit

¹ The popular resort on the coast of Campania.

² See IV. 27. 4.

corresponding amount of work. One is built on the rocks with a view over the lake, like the houses at Baiae,¹ the other stands on the very edge of the water in the same style, and so I have named one Tragedy, because it seems to be raised on actor's boots, and the other Comedy, because it wears low shoes. Each has its special charm and seems the more attractive to the occupant by contrast with the other. The former has a wider view of the lake, the latter a closer one, as it is built to curve gradually round a single bay, following its line by a broad terrace; while the other stands on a high ridge dividing two bays, where a straight drive extends for some distance above the shore. One is untouched by the water and you can look down from its height to the fishermen below, while the waves break against the other and you can fish from it yourself, casting your line from your bedroom window and practically from your bed as if you were in a boat. All these existing amenities give me a reason for building necessary additions on to both houses; though I know I need not explain myself to you, when this is no more than you are doing yourself.

VIII

TO SENTIUS AUGURINUS

IF I begin praising you after your praise of me,² I fear I shall look as though I am only showing gratitude instead of giving a true opinion. All the same, I do think all your written works are very fine, but especially those which deal with me. For this there

THE LETTERS OF PLINY

hoc una eademque de causa. Nam et tu, quae de amicis, optime scribis, et ego, quae de me, ut optima lego. Vale.

IX

C. PLINIUS COLONO SUO S.

1 UNICE probo quod Pompei Quintiani morte tam dolenter adficeris, ut amissi caritatem desiderio extendas, non ut plerique qui tantum viventes amant seu potius amare se simulant, ac ne simulant quidem nisi quos florentes vident; nam miserorum non secus ac defunctorum obliviscuntur. Sed tibi perennis fides tantaque in amore constantia, ut finiri nisi tua
2 morte non possit. Et hercule is fuit Quintianus, quem diligi deceat ipsius exemplo. Felices amabat, miseros tuebatur, desiderabat amissos. Iam illa quanta probitas in ore, quanta in sermone cunctatio, quam pari libra gravitas comitasque! quod studium litterarum, quod iudicium! qua pietate cum dissimilimo patre vivebat! quam non obstabat illi, quo minus
3 vir optimus videretur, quod erat optimus filius! Sed quid dolorem tuum exulcero? Quamquam sic amasti iuvenem ut hoc potius quam de illo sileri velis, a me praesertim cuius praedicatione putas vitam eius

is one and the same reason—you are at your best in writing about your friends, and I find it your best when it is about myself.

IX

TO COLONUS

I VERY much appreciate your grief at the death of Pompeius Quintianus, and can understand how your love for him is increased by your sense of loss; unlike most people who feel affection only for the living, or rather make a show of doing so, and not even that unless they see their friends prospering: the unfortunate they forget as quickly as the dead. But your loyalty is unfailing, and your constancy in love too great for anything short of your own death to end it; and Quintianus was indeed a man who deserved affection through the example he gave of it. He loved his friends in success, helped them in misfortune, and mourned them in death. Think, too, of his honest countenance and deliberate speech, the happy balance he kept between reserve and friendliness, and his enthusiasm for literature combined with his critical powers: think how he lived dutifully with a father very unlike himself, and though an excellent son was never prevented from showing his merits as a man!

But I must not aggravate your suffering, though I know you loved the young man so dearly that you find suffering preferable to silence about him; and least of all do you want silence from me, when I can voice the praise which you feel can do honour to his

THE LETTERS OF PLINY

ornari, memoriam prorogari, ipsamque illam qua est raptus aetatem posse restitui. Vale.

X

C. PLINIUS TACITO SUO S.

- 1 CUPIO praeceptis tuis parere; sed aprorum tanta penuria est, ut Minervae et Dianae, quas ais pariter
2 colendas, convenire non possit. Itaque Minervae tantum serviendum est, delicate tamen ut in secessu et aestate. In via plane non nulla leviora statimque delenda ea garrulitate qua sermones in vehiculo seruntur extendi. His quaedam addidi in villa, cum aliud non liberet. Itaque poemata quiescunt, quae tu inter nemora et lucos commodissime perfici putas.
3 Oratiunculam unam alteram retractavi; quamquam id genus operis inamabile inamoenum, magisque laboribus ruris quam voluptatibus simile. Vale.

XI

C. PLINIUS GEMINO SUO S.

- 1 EPISTULAM tuam iucundissimam accepi,¹ eo maxime quod aliquid ad te scribi volebas, quod libris inseri

¹ accepi *M*: recepi *γ*.

¹ Written from his Tuscan estate. There is a possible reference to Tacitus, *Dial.* 9. 6 in s. 2. Cf. R. T. Bruyère, *Class. Phil.* XLIX, p. 166.

BOOK IX. IX. 3-XI. I

life, prolong his memory, and give back to him the years taken from him.

X

To CORNELIUS TACITUS

I SHOULD like to obey your orders, but when you tell me I ought to honour Diana along with Minerva I find it impossible—there is such a shortage of boars. So I can only serve Minerva, and even her in the lazy way to be expected during a summer holiday. On my way here I made up some bits of nonsense (not worth keeping) in the conversational style one uses when travelling, and I added something to them once I was here and had nothing better to do; but peace reigns over the poems which you fancy are only too easy to finish in the woods and groves.¹ I have revised one or two short speeches, though this is the sort of disagreeable task I detest and is more like one of the hardships of country life than its pleasures.

XI

To ROSIANUS GEMINUS

I HAVE your letter, a specially welcome one as you want me to write you something which can be included in your² published work. I will find a subject,

² This could equally refer to P.'s own work, in which case Geminus wants a letter addressed to him in P.'s next volume.

THE LETTERS OF PLINY

posset. Obveniet materia vel haec ipsa quam monstras, vel potior alia. Sunt enim in hac offendicula
2 non nulla: circumfer oculos et occurrent. Bibliopolas Lugduni esse non putabam ac tanto libentius ex litteris tuis cognovi venditari libellos meos, quibus peregre manere gratiam quam in urbe collegerint delector. Incipio enim satis absolutum existimare, de quo tanta diversitate regionum discreta hominum iudicia consentiunt. Vale.

XII

C. PLINIUS IUNIORI SUO S.

1 CASTIGABAT quidam filium suum quod paulo sumptuosius equos et canes emeret. Huic ego iuvene digresso: "Heus tu, numquamne fecisti, quod a patre corripī posset? 'Fecisti' dico? Non interdum facis quod filius tuus, si repente pater ille tu filius, pari gravitate reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducuntur? Non hic in illo
2 sibi, in hoc alius indulget?" Haec tibi admonitus immodicae severitatis exemplo, pro amore mutuo scripsi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares. Cogita et illum puerum esse et te fuisse, atque ita hoc quod es pater utere, ut memineris et hominem esse te et hominis patrem. Vale.

¹ Lyon was the capital of the Three Gauls and a town of some culture; Caligula had held a contest in oratory there (Suet. *Cal.* 20). Cf. Martial's pleasure in hearing that his verses are read at Vienne (Martial VII. 88).

² For Pliny's tolerance, cf. VIII. 22.

either the one you suggest or something preferable, for yours may give offence in certain quarters—use your eyes and you will see. I didn't think there were any booksellers in Lugdunum,¹ so I was all the more pleased to learn from your letter that my efforts are being sold. I'm glad they retain abroad the popularity they won in Rome, and I'm beginning to think my work must really be quite good when public opinion in such widely different places is agreed about it.

XII

TO TERENCE JUNIOR

SOMEONE was reproving his son for spending rather too much buying horses and dogs. When the young man had left us I said to his father: "Well, have *you* never done anything your father could complain about? Or rather, don't you still sometimes do things which your son could criticize as severely if he suddenly became father and you his son? Surely everyone is liable to make mistakes and everyone has his own foibles?" I took warning myself from this instance of undue severity, and am writing to you as one friend to another so that you, too, may never be too harsh and strict with your son. Remember that he is a boy and you have been a boy yourself, and use your rights as a father without forgetting that you are only human and so is your son.²

THE LETTERS OF PLINY

XIII

C. PLINIUS QUADRATO SUO S.

- 1 QUANTO studiosius intentiusque legisti libros quos de Helvidi ultione composui, tanto impensius postulas, ut perscribam tibi quaeque extra libros quaeque circa libros, totum denique ordinem rei cui per aetatem non interfuisti.
- 2 Occiso Domitiano statui mecum ac deliberavi, esse magnam pulchramque materiam insectandi nocentes, miseros vindicandi, se proferendi. Porro inter multa scelera multorum nullum atrocius videbatur, quam quod in senatu senator senatori, praetorius consulari, 3 reo iudex manus intulisset. Fuerat alioqui mihi cum Helvidio amicitia, quanta potuerat esse cum eo, qui metu temporum nomen ingens paresque virtutes secessu tegebat; fuerat cum Arria et Fannia, quarum altera Helvidi noverca, altera mater novercae. Sed non ita me iura privata, ut publicum fas et indignitas 4 facti et exempli ratio incitabat. Ac primis quidem diebus redditae libertatis pro se quisque inimicos suos, dumtaxat minores, incondito turbidoque clamore

¹ The younger Helvidius Priscus. See Index, and Introduction, p. xiv.

² Publicius Certus, active at the trial of Senecio and Helvidius in 93; cf. III. 11 and VII. 19; Tac. Agr. 45.

³ Coins of Nerva for 96 show *libertas publica* on the reverse (S.27b).

⁴ P. had originally intended to attack Regulus, but perhaps found him too powerful; see I. 5. 15-16.

XIII

TO UMMIDIUS QUADRATUS

THE more thoroughly you apply yourself to reading my speeches in vindication of Helvidius,¹ the more pressing becomes your demand that I should give you a full account of the particulars not covered by the speeches as well as those arising out of them—in fact you want the whole sequence of the events which you were too young to witness yourself.

Once Domitian was killed I decided on reflection that this was a truly splendid opportunity for attacking the guilty, avenging the injured, and making oneself known. Moreover, though many crimes had been committed by numerous persons, none seemed so shocking as the violent attack in the Senate-house made by a senator on a fellow senator, by a praetorian² acting as judge on a consular who had been brought to trial. I had also been the friend of Helvidius, as far as friendship was possible with one who had been driven through fear of the times to hide his famous name and equally famous virtues in retirement, and the friend of his stepmother Fannia and her mother Arria. But I was not moved to act so much by personal obligations as by the demands of common justice, the enormity of the deed, and the thought of establishing a precedent. Now, in the early days after liberty was restored,³ everyone had acted for himself, brought his personal enemies to trial (if they were not too powerful),⁴ and had them condemned amid the general confusion and chaos. By contrast I believed that the proper course, as well

THE LETTERS OF PLINY

postulaverat simul et oppresserat. Ego et modestius et constantius arbitratus immanissimum reum non communi temporum invidia, sed proprio crimine urgere, cum iam satis primus ille impetus defremuisset¹ et languidior in dies ira ad iustitiam redisset, quamquam tum maxime tristis amissa nuper uxore, mitto ad Anteam (nupta haec Helvidio fuerat); rogo ut veniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret. Ut venit, "Destinatum est" inquam "mihi maritum tuum non inultum pati. Nuntia Arriae et Fanniae" (ab exsilio redierant), "consule te, consule illas, an velitis adscribi facto, in quo ego comite non egeo; sed non ita gloriae meae faverim, ut vobis societate eius invideam." Perfert Antea mandata, nec illae morantur.

6 Opportune senatus intra diem tertium. Omnia ego semper ad Corellium rettuli, quem providentissimum aetatis nostrae sapientissimumque cognovi: in hoc tamen contentus consilio meo fui veritus ne vetaret; erat enim cunctantior cautiorque. Sed non sustinui inducere in animum, quominus illi eodem die facturum me indicarem, quod an facerem non deliberabam, expertus usu de eo quod destina-veris non esse consulendos quibus consultis obsequi
7 debeas. Venio in senatum, ius dicendi peto, dico

¹ defremuisset *M*: defervisset *γ*.

¹ His second wife, daughter of Pompeia Celerina.

² *i.e.* permission to raise a point for discussion before the formal session opened. This is later withdrawn (s. 9).

as the more effective, was to deal with this atrocious criminal not through the universal hatred of Domitian's time, but by bringing a specific charge against him at a moment when the first outburst had spent itself and the fury which was daily abating had yielded to justice. So though I was greatly distressed at the time by the recent death of my wife,¹ I sent a message to Anteia (widow of Helvidius) asking her to visit me, as I was kept indoors by my recent bereavement. When she came I told her I had determined not to leave her husband unavenged. "Tell this to Arria and Fannia," I said (for they were back from exile). "Talk it over with them and see whether you wish to be associated with this case. I don't need support, but I am not so jealous for my own glory as to grudge you a share in it." Anteia did as I asked and the women acted promptly.

Fortunately the Senate met on the next day but one. I was in the habit of referring everything to Corellius Rufus, whom I knew to possess the greatest foresight and wisdom of our time, but on this occasion I was satisfied with my own judgement; for I was afraid he might forbid me to proceed, being rather cautious and hesitant. However, I could not bring myself not to tell him of my intended action on the actual day, when my decision was made. (I have learned from experience that, if your mind is already made up, you should not consult people whose advice you should take if you ask for it.) I entered the Senate, asked for permission to speak,² and for a while won warm approval for what I was saying, but as soon as I mentioned the charge and indicated (though not yet by name) who was to be accused,

THE LETTERS OF PLINY

paulisper maximo adsensu. Ubi coepi crimen attingere, reum destinare, adhuc tamen sine nomine, undique mihi reclamari. Alius: "Sciamus, quis sit de quo extra ordinem referas", alius: "Quis est ante relationem reus?", alius: "Salvi simus, qui supersumus." Audio imperturbatus interritus: tantum susceptae rei honestas valet, tantumque ad fiduciam vel metum differt, nolint homines quod facias an non probent. Longum est omnia quae tunc hinc inde iacta sunt recensere. Novissime consul: "Secunde, sententiae loco dices, si quid volueris." "Permiseras" inquam "quod usque adhuc omnibus permisisti." Resido; aguntur alia. Interim me quidam ex consularibus amicis, secreto curatoque sermone, quasi nimis fortiter incauteque progressum corripit revocat, monet ut desistam, adicit etiam: "Notabilem te futuris principibus fecisti." "Esto" inquam "dum malis." Vix ille discesserat, rursus alter: "Quid audes? quo ruis? quibus te periculis obicis? quid praesentibus confidis incertus futurorum? Lacesis hominem iam praefectum aerarii et brevi consulem, praeterea qua gratia quibus amicitiiis fultum!" Nominat quendam, qui tunc ad orientem amplissimum¹ exercitum non sine magnis dubiisque rumoribus obtinebat. Ad haec ego: "'Omnia praecepi atque animo mecum ante peregi' nec

¹ *post amplissimum add. et famosissimum a: om. γ.*

¹ An indication of the general feeling of insecurity in the early days of Nerva's reign, before the mutiny of the praetorian guard and Trajan's adoption; cf. *Pan.* 5-6.

there was a general outcry against me. "Tell us who is the object of this irregular attack!" "Who is being charged before notice is served?" "Let us survivors remain alive!" and so on. I listened, calm and unafraid; such is the strength to be won from an honest cause, and so much does confidence or fear depend on whether one's conduct meets with active opposition or no more than disapproval. It would take too long to recount all the arguments on both sides, but finally the consul told me that if I had anything to say I could speak in my proper turn. I pointed out that I had only been granted the permission which was never refused anyone, and then sat down while other business was dealt with. Meanwhile, one of my friends among the consulars took me aside privately and rebuked me in carefully chosen words for coming forward so rashly and recklessly, advised me to desist, and added that I had made myself a marked man in the eyes of future Emperors.¹ "Never mind," said I, "as long as they are bad ones." Scarcely had he left me when another began: "What are you trying to do? Where are you heading? What about the risks you are running? Why such confidence in the present when the future is uncertain? You are challenging a man who is already a Treasury official and will soon be consul, and has besides such influence and friends to support him!" (He named someone² who was then in the east, at the head of a powerful and celebrated army, and about whom serious though unconfirmed rumours were circulating.) To this I replied, "'All have I foreseen and gone through in my mind;'³

² Unidentified.

³ *Aeneid* VI. 105.

THE LETTERS OF PLINY

recuso, si ita casus attulerit, luere poenas ob honestissimum factum, dum flagitiosissimum ulciscor."

- 13 Iam censendi tempus. Dicit Domitius Apollinaris consul designatus, dicit Fabricius Veiento, Fabius Postuminus,¹ Bittius Proculus collega Publici Certi, de quo agebatur, uxoris autem meae quam amiseram vitricus, post hos Ammius Flaccus. Omnes Certum nondum a me nominatum ut nominatum defendunt crimenque quasi in medio relictum defensione
14 suscipiunt. Quae praeterea dixerint, non est necesse narrare: in libris habes; sum enim cuncta ipsorum
15 verbis persecutus. Dicunt contra Avidius Quietus, Cornutus Tertullus: Quietus, iniquissimum esse querelas dolentium excludi, ideoque Arriae et Fanniae ius querendi non auferendum, nec interesse cuius
16 ordinis quis sit, sed quam causam habeat; Cornutus, datum se a consulibus tutorem Helvidi filiae petentibus matre eius et vitrico; nunc quoque non sustinere deserere officii sui partes, in quo tamen et suo dolori modum imponere et optimarum feminarum perferre modestissimum adfectum; quas contentas esse admonere senatum Publici Certi cruentae adulationis et petere, si poena flagitii manifestissimi remittatur, nota
17 certe quasi censoria inuratur. Tum Satrius Rufus medio ambiguoque sermone " Puto " inquit " iniu-

¹ Posthuminus *a*: Postumius *γ*: Maximinus *M*.

if it is to be my fate, I am prepared to face the penalty for an honest deed while punishing a criminal one."

By now it was time for members to give their opinions. Domitius Apollinaris the consul-elect, Fabricius Veiento, Fabius Postuminus, Bittius Proculus, colleague of Publicius Certus (the subject of the debate) and stepfather of my late wife, all spoke, and were followed by Ammius Flaccus. All defended Certus as if I had named him (though I had not yet done so), and set about refuting a charge as yet unspecified. What else they said I needn't tell you, as you have it all in the published speeches—I gave it all in full, in the words of the speakers.

Avidius Quietus and Cornutus Tertullus then spoke on the opposite side. Quietus argued that it was quite unjust to refuse to hear the complaints of injured parties, and that therefore Arria and Fannia should not be denied their right of protest; what mattered was not a man's position but the case he had to answer. Cornutus said that the consuls had appointed him guardian to Helvidius's daughter at the request of her mother and stepfather, and even at the present time he could not think of giving up his responsibilities; however, he would set a limit to his personal indignation and comply with the very moderate sentiments of these excellent women, who asked no more than to remind the Senate of the bloodstained servility of Publicius Certus and to petition that if such flagrant crime were to go unpunished, he might at least be branded with some degradation like the former censors' mark. Then Satrius Rufus made a vague and ambiguous sort of

THE LETTERS OF PLINY

- riam factam Publicio Certo, si non absolvitur; nominatus est ab amicis Arriae et Fanniae, nominatus ab amicis suis. Nec debemus solliciti esse; idem enim nos, qui bene sentimus de homine, et iudicaturi sumus. Si innocens est, sicut et spero et malo et, donec aliquid probetur, credo, poteritis absolvere.”
- 18 Haec illi quo quisque ordine citabantur. Venitur ad me. Consurgo, utor initio quod in libro est, respondeo singulis. Mirum qua intentione, quibus clamoribus omnia exceperint, qui modo reclamabant: tanta conversio vel negotii dignitatem vel proventum orationis vel actoris constantiam subsecuta est.
- 19 Finio. Incipit respondere Veiento; nemo patitur; obturbatur obstrepitur, adeo quidem ut diceret: “Rogo, patres conscripti, ne me cogatis implorare auxilium tribunorum.” Et statim Murena tribunus: “Permitto tibi, vir clarissime Veiento, dicere.”
- 20 Tunc quoque reclamatur. Inter moras consul citatis nominibus et peracta discessione mittit senatum, ac paene adhuc stantem temptantemque dicere Veientonem reliquit. Multum ille de hac (ita vocabat) contumelia questus est Homericō versu: ὦ γέρον,
- 21 ἢ μάλα δὴ σε νέοι τείρουσι μαχηταί. Non fere quisquam in senatu fuit, qui non me complecteretur

¹ He had already spoken in his proper turn.

² Possibly to be identified with Pompeius Falco; see Index.

³ *Iliad* VIII. 102. Veiento is first heard of in 62, accused of bribery and libellous writing (Tacitus, *Ann.* XIV. 50).

speech. "In my opinion," he said, "injustice will be done to Publicius Certus if he is not acquitted; for his name was only mentioned by the friends of Arria and Fannia, and by his own friends. We need not be apprehensive, for it is we, who have confidence in the man, who will be his judges. If he is innocent, as I hope and wish and shall continue to believe until something is proved against him, you will be able to acquit him."

These were the views expressed as the speakers were called upon in order. Then my turn came. I rose to my feet with the opening words you see in the published speech, and replied to them one by one. It was remarkable to see the attention and applause with which all I said was received by those who had previously shouted me down: a change of front produced either by the importance of the issue, the success of the speech, or the firmness of the speaker. I came to an end, and Veiento began to reply. No one would allow it,¹ and the interruption and uproar increased until he said, "I beg you, Conscript Fathers, not to compel me to appeal for the protection of the tribunes." At once the tribune Murena² retorted, "The honourable member has my permission to proceed." Again there was an outcry, and meanwhile the consul called out names, took a division, and dismissed the Senate, leaving Veiento still standing and trying to speak. He has complained bitterly about this insult (as he calls it) in a line of Homer's: "My lord, the young fighters are surely too much for your age."³

Almost the entire Senate embraced me with open arms and overwhelmed me with enthusiastic con-

THE LETTERS OF PLINY

exoscularetur certatimque laude cumlaret, quod intermissum iam diu morem in publicum consulendi susceptis propriis simultatibus reduxisset; quod denique senatum invidia liberasset, qua flagrabat apud ordines alios, quod severus in ceteros senatoribus solis dissimulatione quasi mutua parceret.

- 22 Haec acta sunt absente Certo; fuit enim seu tale aliquid suspicatus sive, ut excusabatur, infirmus. Et relationem quidem de eo Caesar ad senatum non
- 23 remisit; obtinui tamen quod intenderam: nam collega Certi consulatum, successorem Certus accepit, planeque factum est quod dixeram in fine: "Reddat praemium sub optimo principe, quod a pessimo accepit." Postea actionem meam utcumque potui
- 24 recollegi, addidi multa. Accidit fortuitum, sed non tamquam fortuitum, quod editis libris Certus intra
- 25 paucissimos dies implicitus morbo decessit. Audiui referentes hanc imaginem menti eius hanc oculis oberrasse, tamquam videret me sibi cum ferro imminere. Verane haec, adfirmare non ausim; interest tamen exempli, ut vera videantur.
- 26 Habes epistulam, si modum epistulae cogites, libris quos legisti non minorem; sed imputabis tibi qui contentus libris non fuisti. Vale.

gratulations for having revived the practice, long fallen into disuse, of bringing measures for the public good before the Senate at the risk of incurring personal enmities; I had in fact freed the Senate from the odium in which it was held among the other classes for showing severity to others while sparing its own members by a sort of mutual connivance. Certus was not present at these proceedings; either he suspected something of the sort or he was ill—the excuse he gave. It is true that the Emperor brought no motion against him before the Senate, but I won my point. The consulship was given to Certus's colleague, and Certus was removed from his Treasury post, so that my concluding demand was fulfilled that "he should give back under the best of Emperors the reward he received from the worst."

Afterwards I set down what I could remember of my speech, and made several additions. By coincidence, though it seemed no mere coincidence, a few days after the speech was published Certus fell ill and died. I have heard it said that always in his mind's eye he had a vision of me threatening him with a sword. Whether this is true I shouldn't like to say, but it helps to point a moral if it is accepted as true.

Here you have a letter as long as the speeches you have read, if you think what the length of a letter should be—but you weren't satisfied with the speeches and have only yourself to blame.

THE LETTERS OF PLINY

XIV

C. PLINIUS TACITO SUO S.

Nec ipse tibi plaudis, et ego nihil magis ex fide quam de te scribo. Posteris an aliqua cura nostri, nescio; nos certe meremur, ut sit aliqua, non dico ingenio (id enim superbum), sed studio et labore et reverentia posterorum. Pergamus modo itinere instituto, quod ut paucos in lucem famamque provexit, ita multos e tenebris et silentio protulit. Vale.

XV

C. PLINIUS FALCONI SUO S.

1 REFUGERAM in Tuscos, ut omnia ad arbitrium meum facerem. At hoc ne in Tuscis quidem: tam multis undique rusticorum libellis et tam querulis inquietor, quos aliquanto magis invitus quam meos
2 lego; nam et meos invitus. Retracto enim actiunculas quasdam, quod post intercapedinem temporis et frigidum et acerbum est. Rationes quasi absente me
3 negleguntur. Interdum tamen equum conscendo et patrem familiae hactenus ago, quod aliquam partem praediorum, sed pro gestatione percurro. Tu consuetudinem conserva, nobisque sic rusticis urbana acta perscribe. Vale.

XIV

TO CORNELIUS TACITUS

YOU are never satisfied with yourself, but I never write with such confidence as when I write about you. Whether posterity will give us a thought I don't know, but surely we deserve one—I don't say for our genius, which sounds like boasting, but for our application, hard work, and regard for future generations. Only let us continue along the path we have chosen; if it leads few to the full light of fame, it brings many out of the shades of obscurity.

XV

TO POMPEIUS FALCO

I TOOK refuge in Tuscany to be free to do as I liked, but even there it has been impossible. I am beset on all sides by the peasants with all their petitions full of complaints, and these I read rather more unwillingly than my own writings, which I really have no wish to read either. (I am revising some minor speeches of mine, and after a lapse of time it is a tedious and exasperating task.) My accounts are neglected, as if I had not come here to do them. I do, however, mount a horse sometimes and play the part of proprietor, but only to the extent of riding round part of the estate for exercise. Don't you drop your habit of sending me the city news while I am rustivating in this way!

THE LETTERS OF PLINY

XVI

C. PLINIUS MAMILIANO SUO S.

- 1 SUMMAM te voluptatem percepisse ex isto copiosissimo genere venandi non miror cum historicorum more scribas numerum iniri non potuisse. Nobis venari nec vacat nec libet: non vacat quia vindemiae
2 in manibus, non libet quia exiguae. Devehimus tamen pro novo musto novos versiculos tibi que iucundissime exigenti ut primum videbuntur defer-
visse mittemus. Vale.

XVII

C. PLINUS GENITORI SUO S.

- 1 RECEPI litteras tuas quibus quereris taedio tibi fuisse quamvis lautissimam cenam, quia scurrae
2 cinaedi moriones mensis inerrabant. Vis tu remittere aliquid ex rugis? Equidem nihil tale habeo, habentes tamen fero. Cur ergo non habeo? Quia nequam me ut inexpectatum festivumve delectat, si quid molle a cinaedo, petulans a scurra, stultum a
3 morione profertur. Non rationem sed stomachum tibi narro. Atque adeo quam multos putas esse, quos ea quibus ego et tu capimur et ducimur, partim ut inepta partim ut molestissima offendant! Quam multi, cum lector aut lyristes aut comoedus inductus est, calceos poscunt aut non minore cum taedio recubant, quam tu ista (sic enim adpellas) prodigia

¹ Literally, "demand their shoes." P. himself enjoys music and acting in I. 15. 2.

XVI

TO POMPONIUS MAMILIANUS

I'M not surprised you enjoyed your hunting so much, with all that in the bag—you write as the historians do that the numbers couldn't be counted. Personally I have neither time nor inclination for hunting; no time because I am busy with the grape harvest, and no inclination because it is a bad one. But I am bringing in some new verses instead of new wine, and, as you are kind enough to ask for them, I will send them when the fermenting stage is over.

XVII

TO JULIUS GENITOR

THANK you for your letter. You complain about a dinner party, a grand affair which filled you with disgust at the mimes and clowns and the male "dancers" going the round of the tables. Please don't be for ever frowning—I have nothing of that kind in my own house, but I can put up with those who do. The reason why I don't have them is that I find nothing novel or amusing to attract me in that sort of "dancer's" charms, in a mime's impudence, or a clown's folly. But you see I am not pleading my principles but my personal taste; and think how many people there are who dislike the entertainments which you and I find fascinating, and think them either pointless or boring. How many take their leave¹ at the entry of a reader, a musician, or an actor, or else lie back in disgust, as you did when you

THE LETTERS OF PLINY

4 perpressus es! Demus igitur alienis oblectationibus veniam, ut nostris impetremus. Vale.

XVIII

C. PLINIUS SABINO SUO S.

1 QUA intentione, quo studio, qua denique memoria legeris libellos meos, epistula tua ostendit. Ipse igitur exhibes negotium tibi qui elicis et invites, ut
2 quam plurima communicare tecum velim. Faciam, per partes tamen et quasi digesta, ne istam ipsam memoriam, cui gratias ago, assiduitate et copia turbem oneratamque et quasi oppressam cogam pluribus singula posterioribus priora dimittere. Vale.

XIX

C. PLINIUS RUSONI SUO S.

1 SIGNIFICAS legisse te in quadam epistula mea iussisse Verginium Rufum inscribi sepulcro suo:

Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam imperium adseruit non sibi sed patriae.

Reprehendis quod iusserit, addis etiam melius rectiusque Frontinum, quod vetuerit omnino monumentum sibi fieri, meque ad extremum quid de utroque

¹ See II.1, VI. 10 and notes.

BOOK IX. xvii. 3-xix. 1

had to endure those monstrosities as you call them! Let us then be tolerant of other people's pleasures so as to win indulgence for our own.

XVIII

To STATIUS SABINUS

THE devoted concentration with which you read and remember my small efforts is clear from your letter; so you are to blame for the task you set yourself by begging and coaxing me to send you as much of my work as I can. I can't refuse, but I shall send it bit by bit in small doses—grateful though I am to that memory of yours, I don't want to confuse it by application to too much material at a time and leave it overwhelmed and surfeited, so that it has to sacrifice the parts for the whole and the earlier items for the later.

XIX

To CREMUTIUS RUSO

You say you have read in a letter of mine¹ that Verginius Rufus ordered this inscription for his tomb:

Here lies Rufus, who once defeated Vindex and
set free the imperial power
Not for himself, but for his country.

You dislike his doing so; Frontinus, you say, showed a better and nobler spirit in forbidding any monument at all to be set up to himself; finally, you want my opinion on both men.

THE LETTERS OF PLINY

2 sentiam consulis. Utrumque dilexi, miratus sum
magis quem tu reprehendis, atque ita miratus ut non
putarem satis umquam posse laudari, cuius nunc mihi
3 subeunda defensio est. Omnes ego qui magnum
aliquid memorandumque fecerunt, non modo venia
verum etiam laude dignissimos iudico, si immortali-
tatem quam meruere sectantur, victurique nominis
famam supremis etiam titulis prorogare nituntur.
4 Nec facile quemquam nisi Verginium invenio, cuius
tanta in praedicando verecundia quanta gloria ex
5 facto. Ipse sum testis, familiariter ab eo dilectus
probatusque, semel omnino me audiente provectum,
ut de rebus suis hoc unum referret, ita secum ali-
quando Cluvium locutum: "Scis, Vergini, quae
historiae fides debeatur; proinde si quid in historiis
meis legis aliter ac velis rogo ignoscas." Ad hoc ille:
"Tunc ignoras, Cluvi, ideo me fecisse quod feci, ut
6 esset liberum vobis scribere quae libuisset?" Age
dum, hunc ipsum Frontinum in hoc ipso, in quo tibi
parcior videtur et pressior, comparemus. Vetuit
exstrui monumentum, sed quibus verbis? "Impensa
monumenti supervacua est; memoria nostri durabit,
si vita meruimus." An restrictius arbitraris per
orbem terrarum legendum dare duraturam memoriam
suam quam uno in loco duobus versiculis signare

¹ Cluvius Rufus, the historian of the early Empire, and one of Tacitus's sources. As a supporter of Galba he may have

I loved them both, but I admired more the man you criticize, admired him so much that I thought he could never be praised enough. Yet now the time has come when I must undertake his defence. Everyone who has done some great and memorable deed should, I think, not only be excused but even praised if he wishes to ensure the immortality he has earned, and by the very words of his epitaph seeks to perpetuate the undying glory of his name. And I cannot easily think of anyone except Verginius whose fame in action is matched by his modesty in speaking of it. I can bear witness to this myself; I enjoyed his confidence and close friendship, but only once in my hearing did he go so far as to make a single reference to what he had done. This was the occasion when Cluvius¹ said, "You know how a historian must be faithful to facts, Verginius, so, if you find anything in my histories which is not as you like it, please forgive me." To this he replied, "Don't you realize, Cluvius, that I did what I did so that the rest of you should be at liberty to write as you please?"

Now let us consider Frontinus, on the very point in which you find him more moderate and restrained. Frontinus forbade any monument to be set up, but what were his words? "A monument is money wasted; my memory will live on if my life has deserved it." Do you really think that it shows more reticence to publish throughout the world that your memory will live on, than to record your achievement in a single place in a mere couple of lines? However,

criticized Verginius for remaining loyal to Nero and defeating Vindex, whom Galba supported. Cf. Tacitus, *Hist.* I. 8.

THE LETTERS OF PLINY

7 quod feceris? Quamquam non habeo propositum
illum reprehendendi, sed hunc tuendi; cuius quae
potest apud te iustior esse defensio, quam ex colla-
8 tione eius quem praetulisti? Meo quidem iudicio
neuter culpandus, quorum uterque ad gloriam pari
cupiditate, diverso itinere contendit, alter dum
expetit debitos titulos, alter dum mavult videri con-
tempnisse. Vale.

XX

C. PLINIUS VENATORI SUO S.

1 TUA vero epistula tanto mihi iucundior fuit quanto
longior erat, praesertim cum de libellis meis tota
loqueretur; quos tibi voluptati esse non miror, cum
2 omnia nostra perinde ac nos ames. Ipse cum
maxime vindemias graciles quidem, uberiores tamen
quam exspectaveram colligo, si colligere est non
numquam decerpere uvam, torculum invisere, gustare
de lacu mustum, obrepere urbanis, qui nunc rusticis
praesunt meque notariis et lectoribus reliquerunt.
Vale.

XXI

C. PLINIUS SABINIANO SUO S.

1 LIBERTUS tuus, cui suscensere te dixeras, venit ad
me advolutusque pedibus meis tamquam tuis haesit.
Flevit multum, multum rogavit, multum etiam
118

my intention was not to criticize Frontinus but to defend Verginius; though there could be no better defence of him for your ears than a comparison with the man you prefer. My own feeling is that neither should be blamed, for both hoped for fame though they sought it by different roads, one by claiming the epitaph which was his due, the other by professing to despise it.

XX

TO VENATOR

YOUR letter pleased me all the more for being a long one, especially as it was all about my own books. I can't be surprised that you enjoy them, since you care almost as much for my efforts as you do for myself. As for me, at this very moment I am gathering in the grape harvest, which is poor, but better than I had expected; if you can call it "gathering" to pick an occasional grape, look at the press, taste the fermenting wine in the vat, and pay a surprise visit to the servants I brought from the city—who are now standing over the peasants at work and have abandoned me to my secretaries and readers.

XXI

TO SABINIANUS

THE freedman of yours with whom you said you were angry has been to me, flung himself at my feet, and clung to me as if I were you. He begged my help with many tears, though he left a good deal

THE LETTERS OF PLINY

tacuit, in summa fecit mihi fidem paenitentiae verae :
2 *credo emendatum quia deliquisse se sentit. Irasceres, scio, et irasceres merito, id quoque scio; sed tunc praecipua mansuetudinis laus, cum irae causa iustissima est. Amasti hominem et, spero, amabis: interim sufficit ut exorari te sinas. Licebit rursus irasci, si meruerit, quod exoratus excusatius facies. Remitte aliquid adulescentiae ipsius, remitte lacrimis, remitte indulgentiae tuae. Ne torseris illum, ne torseris etiam te; torqueris enim cum tam lenis*
3 *irasceres. Vereor ne videar non rogare sed cogere, si precibus eius meas iunxero; iungam tamen tanto plenius et effusius, quanto ipsum acrius severiusque corripui, destricto minatus numquam me postea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat, tibi non idem; nam fortasse iterum rogabo, impetrabo iterum: sit modo tale, ut rogare me, ut praestare te deceat. Vale.*

XXII

C. PLINIUS SEVERO SUO S.

1 *MAGNA me sollicitudine adfecit Passenni Pauli valetudo, et quidem plurimis iustissimisque de causis. Vir est optimus honestissimus, nostri amantissimus; praeterea in litteris veteres aemulatur exprimit*

¹ See VI. 15 and Index.

unsaid; in short, he convinced me of his genuine penitence. I believe he has reformed, because he realizes he did wrong. You are angry, I know, and I know too that your anger was deserved, but mercy wins most praise when there was just cause for anger. You loved the man once, and I hope you will love him again, but it is sufficient for the moment if you allow yourself to be appeased. You can always be angry again if he deserves it, and will have more excuse if you were once placated. Make some concession to his youth, his tears, and your own kind heart, and do not torment him or yourself any longer—anger can only be a torment to your gentle self.

I'm afraid you will think I am using pressure, not persuasion, if I add my prayers to his—but this is what I shall do, and all the more freely and fully because I have given the man a very severe scolding and warned him firmly that I will never make such a request again. This was because he deserved a fright, and is not intended for your ears; for maybe I *shall* make another request and obtain it, as long as it is nothing unsuitable for me to ask and you to grant.

XXII

TO HERENNIUS (?) SEVERUS

I HAVE been very worried about the illness of Passennus Paulus¹—and with every just reason, for he is the best of men, the soul of honesty, and my devoted friend. His literary work is modelled on that of the ancients whom he imitates and brings

THE LETTERS OF PLINY

reddit, Propertium in primis, a quo genus ducit, vera
2 suboles eoque simillima illi in quo ille praecipuus. Si
elegos eius in manus sumpseris, leges opus tersum
molle iucundum, et plane in Properti domo scriptum.
Nuper ad lyrica deflexit, in quibus ita Horatium ut in
illis illum alterum effingit: putes si quid in studiis
cognatio valet, et huius propinquum. Magna
varietas magna mobilitas: amat ut qui verissime,
dolet ut qui impatientissime, laudat ut qui benignis-
sime, ludit ut qui facetissime, omnia denique tam-
3 quam singula absolvit. Pro hoc ego amico, pro hoc
ingenio non minus aeger animo quam corpore ille,
tandem illum tandem me recepi. Gratulare mihi,
gratulare etiam litteris ipsis, quae ex periculo eius
tantum discrimen adierunt, quantum ex salute gloriae
consequentur. Vale.

XXIII

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

1 FREQUENTER agenti mihi evenit, ut centumviri cum
diu se intra iudicum auctoritatem gravitatemque
tenuissent, omnes repente quasi victi coactique
2 consurgerent laudarentque; frequenter e senatu
famam qualem maxime optaveram rettuli: num-
quam tamen maiorem cepi voluptatem, quam nuper

back to life, Propertius in particular, from whom he traces his descent; and he is indeed a true descendant, resembling the poet most in the qualities which were his greatest. Take up his elegiacs and you will find them exquisitely finished, full of sensuous charm, and truly in Propertius's style. He has lately turned to lyric poetry, and here he recalls Horace as successfully as he does Propertius elsewhere: if kinship has any influence on literature, you would think he was related to Horace too. He is highly versatile, with many changes of mood; he can love like a true lover and portray grief in all its passion; his tributes are generous and his wit is brilliant: in fact everything he does is perfected as a whole and in part.

This is the friend and genius for whom I have been as sick at heart as he was in body, but now at last he is restored, and I with him. Congratulate me, congratulate literature itself, for the danger to his life has brought it through hazards as great as the glory his recovery will ensure for it.

XXIII

To MAXIMUS

It has often happened to me when speaking in the Centumviral Court that my hearers have preserved their judicial dignity and impassivity for a while and then suddenly jumped to their feet with one accord to congratulate me as if driven by some compelling force. From the Senate, too, I have often had all the applause my heart could desire; but never have I felt such pleasure as I did recently at something

THE LETTERS OF PLINY

- ex sermone Corneli Taciti. Narrabat sedisse secum circensibus proximis equitem Romanum. Hunc post varios eruditosque sermones requisisse: "Italicus es an provincialis?" Se respondisse: "Nosti me, et quidem ex studiis." Ad hoc illum: "Tacitus es an Plinius?" Expressere non possum, quam sit iucundum mihi quod nomina nostra quasi litterarum propria, non hominum, litteris redduntur, quod uterque nostrum his etiam ex studiis notus, quibus aliter ignotus est.
- 4 Accidit aliud ante pauculos dies simile. Recumbat mecum vir egregius, Fadius¹ Rufinus, super eum municeps ipsius, qui illo die primum venerat in urbem; cui Rufinus demonstrans me: "Vides hunc?" Multa deinde de studiis nostris; et ille
5 "Plinius est" inquit. Verum fatebor, capio magnum laboris mei fructum. An si Demosthenes iure laetatus est, quod illum anus Attica ita noscitavit: Οὗτός ἐστι Δημοσθένης, ego celebritate nominis mei gaudere non debeo? Ego vero et gaudeo et
6 gaudere me dico. Neque enim vereor ne iactantior videar, cum de me aliorum iudicium non meum profero, praesertim apud te qui nec ullius invides laudibus et faves nostris. Vale.

¹ fadius *M*: fidius *a*: fabius *γ*.

¹ Cf. Tacitus, *Dial.* 7. 4.

² Cicero, *Tusc. Disp.* V. 103.

Tacitus said. He was describing how at the last Races he had sat next to a Roman knight who engaged him in conversation on several learned subjects and then asked if he came from Italy or the provinces. "You know me," said Tacitus, "from your reading." At which the man said, "Then are you Tacitus or Pliny?" I can't tell you how delighted I am to have our names assigned to literature as if they belonged there and not to individuals, and to learn that we are both known by our writing to people who would otherwise not have heard of us.¹

A similar thing happened to me a day or two ago. I had a distinguished neighbour at dinner, Fadius Rufinus, and on his other side was someone from his native town who had come to Rome on his first visit that same day. Pointing to me, Rufinus said to him, "Do you see my friend here?" Then he spoke at length about my work, and the man exclaimed, "It must be Pliny!"

I confess I feel well rewarded for my labours. If Demosthenes had the right to be pleased when the old woman of Attica recognized him with the words "That's Demosthenes!"² I may surely be glad when my name is well known. In fact I *am* glad and admit it. For I'm not afraid of appearing too boastful when I have other people's opinions to quote and not only my own, especially when talking to you: for you are never envious of anyone's reputation and are always furthering mine.

THE LETTERS OF PLINY

XXIV

C. PLINIUS SABINIANO SUO S.

BENE fecisti quod libertum aliquando tibi carum reducentibus epistulis meis in domum in animum recepisti. Iuvabit hoc te; me certe iuvat, primum quod te tam tractabilem video, ut in ira regi possis, deinde quod tantum mihi tribuis, ut vel auctoritati meae pareas vel precibus indulgeas. Igitur et laudo et gratias ago; simul in posterum moneo, ut te erroribus tuorum, etsi non fuerit qui deprecetur, placabilem praestes. Vale.

XXV

C. PLINIUS MAMILIANO SUO S.

1 QUERERIS de turba castrensi negotiorum et, tamquam summo otio perfruire, lusus et ineptias nostras legis amas flagitas, meque ad similia con-
2 denda non mediocriter incitas. Incipio enim ex hoc genere studiorum non solum oblectationem verum etiam gloriam petere, post iudicium tuum viri
3 eruditissimi gravissimi ac super ista verissimi. Nunc me rerum actus modice sed tamen dstringit; quo finito aliquid earundem Camenarum in istum benignissimum sinum mittam. Tu passerculis et

¹ Cf. Letter 21.

XXIV

TO SABINIANUS¹

You have done the right thing in taking back into your home and favour the freedman who was once dear to you, with my letter to mediate between you both. You will be glad of this, and I am certainly glad, first because I see you are willing to be reasonable and take advice when angry, and then because you have paid me the tribute of bowing to my authority, or, if you prefer, granting my request. So accept my compliments as well as my thanks, but, at the same time, a word of advice for the future: be ready to forgive the faults of your household even if there is no one there to intercede for them.

XXV

TO POMPONIUS MAMILIANUS

You grumble about being beset with military affairs, and yet you can read my bits of nonsense as if you had all the leisure in the world—you even enjoy them, clamour for them, and are insistent that I produce more like them. I am in fact beginning to think that I can look for more than mere amusement from this kind of writing, and now that I have the opinion of one who is both learned and serious, and above all sincere, I may even think of fame.

At the moment I have some legal work to do, not much, but enough to occupy my time. When this is finished I will entrust something inspired by the same

THE LETTERS OF PLINY

columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas, si tamen et tibi placebunt; si tantum sibi, continendos cavea nidove curabis. Vale.

XXVI

C. PLINIUS LUPERCO SUO S.

- 1 DIXI de quodam oratore saeculi nostri recto quidem et sano, sed parum grandi et ornato, ut opinor, apte: "Nihil peccat, nisi quod nihil peccat."
- 2 Debet enim orator erigi attolli, interdum etiam effervescere ecferrī, ac saepe accedere ad praeceps; nam plerumque altis et excelsis adiacent abrupta. Tutius per plana sed humiliter et depressius iter; frequentior currentibus quam reptantibus lapsus, sed his non labentibus nulla, illis non nulla laus etiam si
- 3 labantur. Nam ut quasdam artes ita eloquentiam nihil magis quam ancipitia commendant. Vides qui per funem in summa nituntur, quantos soleant excitare clamores, cum iam iamque casuri videntur.
- 4 Sunt enim maxime mirabilia quae maxime insperata, maxime periculosa utque Graeci magis exprimunt, παράβολα. Ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, cum placido et cum turbato mari vehitur: tunc

¹ The legionary standards.

² See II. 5, and for the theme, I. 20, where P. also shows he prefers something less austere than the Attic style.

³ Cf. Horace, *Ars Poet.* 28.

Muse to your kindly care. If you think well of my little sparrows and doves, as they do of themselves, let them fly among your eagles;¹ and if you don't, please shut them in a cage or keep them in their nest.

XXVI

To LUPERCUS

ONE of our contemporary orators is a sound and sober speaker while lacking in grandeur and eloquence, so that I think my comment on him has point: his only fault is that he is faultless.

The orator² ought in fact to be roused and heated, sometimes even to boiling-point, and to let his feelings carry him on till he treads the edge of a precipice; for a path along the heights and peaks often skirts the sheer drop below. It may be safer to keep to the plain, but the road lies too low to be interesting.³ A runner risks more falls than a man who keeps to a snail's pace, but he wins praise in spite of a stumble, whereas there is no credit in walking without a fall. Eloquence is in fact one of the skills which gain most from the risks they run. You have seen tightrope walkers and the applause they win as they move along the length of the rope and every minute look as though they are going to fall; for it is the most unexpected and dangerous feats which win most admiration: ventures which the Greeks can define so well in a single word. Consequently the courage demanded of a helmsman to steer his course through a stormy sea is quite different from what he needs when the sea is calm and he

THE LETTERS OF PLINY

admirante nullo, inlaudatus inglorius subit portum,
at cum stridunt funes curvatur arbor gubernacula
gemunt, tunc ille clarus et dis maris proximus.

- 5 Cur haec? Quia visus es mihi in scriptis meis
adnotasse quaedam ut tumida quae ego sublimia, ut
improba quae ego audentia, ut nimia quae ego plena
arbitrabar. Plurimum autem refert, reprehendenda
6 adnotes an insignia. Omnis enim advertit, quod
eminet et exstat; sed acri intentione diiudicandum
est, immodicum sit an grande, altum an enorme.
Atque ut Homerum potissimum attingam, quem
tandem alterutram in partem potest fugere ἀμφὶ δὲ
σάλπιγγεν μέγας οὐρανός, ἠέρι δ' ἔγχος ἐκέκλιτο et
7 totum illud οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάει? Sed
opus est examine et libra, incredibilia sint haec et
inania an magnifica caelestia. Nec nunc ego me
his similia aut dixisse aut posse dicere puto (non ita
insanio), sed hoc intellegi volo, laxandos esse elo-
quentiae frenos, nec angustissimo gyro ingeniorum
impetus refringendos.

- 8 "At enim alia condicio oratorum, alia poetarum."
Quasi vero M. Tullius minus audeat! Quamquam
hunc omitto; neque enim ambigi puto. Sed

¹ *Iliad*, XXI. 388; V. 356; XIV. 394.

reaches harbour unnoticed, to find no praise and congratulations awaiting him. It is when the sheets creak, the mast bends, and the rudder groans that he is covered with glory and stands almost equal to the gods of the sea!

I write as I do because I had an idea that you had criticized some passages in my writings for being pompous, though I thought them splendid, and what I imagined to be a full treatment of a bold enterprise you dismissed as redundant and exaggerated. But it is important to determine whether you are attacking genuine faults or only striking phrases; for, though anyone can see what stands out above the average, it needs a keen judgement to decide whether this is extravagant and disproportionate or lofty and sublime. Homer provides the best examples; no one can fail to notice (whatever he feels about them) such expressions as "high heaven's trumpet rang out," "his spear rested on a cloud," and the whole passage "neither the sea's breakers roar so loud,"¹ but they must be weighed with care before judging if they are meaningless phantasies or noble creations of a divine inspiration. Not that I think that these are the times and I am the person to have written words like these, nor that I have the ability to do so; I am not so foolish. But I want to make the point that eloquence should be given its head, and the pace of genius should not be confined within too narrow a ring.

You may say that orators are different from poets—as if indeed Cicero lacked daring! However, let us leave out Cicero, since in his case I think there is no dispute. But there is surely no curb nor restraint

THE LETTERS OF PLINY

Demosthenes ipse, ille norma oratoris et regula, num se cohibet et comprimit, cum dicit illa notissima: ἄνθρωποι μιαιοί, κόλακες καὶ ἀλάστορες et rursus οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν οὐδὲ πλίνθοις ἐγὼ et statim οὐκ ἐκ μὲν θαλάττης τὴν Εὐβοίαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς Ἀττικῆς et alibi: ἐγὼ δὲ οἶμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νῆ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον
 9 μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων? Iam quid audentius illo pulcherrimo ac longissimo excessu: νόσημα γάρ . . .? Quid haec breviora superioribus, sed audacia paria: τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ρέοντι καθ' ἡμῶν? Ex eadem nota ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας <τις>¹ ὡσπερ οὗτος ἰσχύση, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταίσμα ἅπαντα ἀνεχάιτισε καὶ διέλυσε. Simile his ἀπεσχοιτισμένους ἅπασιν τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις et ibidem σὺ τὸν εἰς ταῦτα ἔλεον προὔδωκας, Ἀριστόγειτον, μᾶλλον δ' ἀνήρηκας ὅλως. μὴ δὴ, πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας καὶ προβόλων ἐπέπλησας, πρὸς τοὺτους ὀρμίζον. Et dixerat: τούτῳ δ' οὐδένα ὀρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, φάραγγας, βάραθρα. Et deinceps: δέδοικα, μὴ δόξητέ τισι τὸν αἰεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν, nec satis: οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δικαστήρια ταῦτα ὑμῖν οἰκοδομήσαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοσχεύητε, ad hoc: εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος καὶ μεταβολεύς et mille

¹ ΤΙΣ om. γα: *supp.* II Olynth. 9.

¹ *De Corona*, 296, 299, and 301.

² *Philippic*, I. 49.

³ *De Falsa Legatione*, 259.

⁴ *De Cor.* 136.

⁵ *Olynthiac*, II. 9.

⁶ *In Aristogeitonem*, I. 28, 84, 76, 7, 48, and 46.

holding back Demosthenes, the true model and exemplar of oratory, when he delivers the famous "Abominable men, flatterers and evil spirits" and again "neither with stones nor bricks did I fortify this city," and later, "Was it not to make Euboea the bulwark of Attica on the seaward side?"¹ Elsewhere he says, "For my part, men of Athens, by the gods I believe that Philip is drunk with the magnitude of his achievements,"² and there can hardly be anything bolder than the magnificent long digression beginning "For a disease . . ."³ The following passage may be shorter but is no less daring: "Then when Python swaggered and poured out a torrent of abuse on us, I stood firm,"⁴ and this bears the same stamp: "But when a man has grown strong as Philip has, by rapacity and crime, then the first pretext, some trifling slip, overthrows and shatters all."⁵ In the same style are the expressions "Cordoned off from every right which holds sacred in the city" and in the same speech, "You have thrown away their claim to pity, Aristogeiton, indeed you have destroyed it once and for all. Do not then seek anchorage in harbours which you have yourself blocked up and filled with stakes." He had already said "But I cannot see that any one of these topics gives a sure foothold to the defendant; he has nothing before him but precipices, gulfs and pitfalls," and also "I am afraid that to some you will appear to have set up as a trainer of any citizen with a taste for wickedness." There is also "I cannot believe that your ancestors built you these law courts as a hotbed for rascals of this sort" and "If he is a jobbing dealer, a pedlar, and retailer of wickedness,"⁶

THE LETTERS OF PLINY

talia, ut praeteream quae ab Aeschine θαύματα, non ῥήματα vocantur.

- 10 In contrarium incidi: dices hunc quoque ob ista culpari. Sed vide, quanto maior sit, qui reprehenditur, ipso reprehendente et maior ob haec quoque; in aliis enim vis, in his granditas eius elucet.
- 11 Num autem Aeschines ipse eis, quae in Demosthene carpebat, abstinuit? <Χρὴ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ αὐτὸ>¹ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον· ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῆ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ Alio loco: ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ ψηφίσματι. Iterum alio: ἀλλ' ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἀκροάσει εἰσελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς παρανόμους λόγους.
- 12 Quod adeo probavit, ut repetat: ἀλλ' ὥσπερ ἐν ταῖς ἵπποδρομίαις εἰς τὸν τοῦ πράγματος αὐτὸν δρόμον εἰσελαύνετε. Iam illa custoditius pressiusque: σὺ δὲ ἐλκοποιεῖς, <καὶ μᾶλλον σοι μέλει τῶν αὐθημέρων λόγων ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως, altius illa: οὐκ ἀποπέμψετε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συμφορὰν; ἢ συλλαβόντες ὡς>² ληστὴν τῶν πραγμάτων <ἐπ' ὀνομάτων>³ διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα

¹ XPH . . . ΑΥΤΟ *Catanaeus a, om. γ.*

² ΚΑΙ ΜΑΛΛΟΝ . . . ΣΥΛΛΑΒΟΝΤΕΣ ΩΣ *Cat. a: om. γ.*

³ ΕΠΙ ΟΝΟΜΑΤΩΝ *om. Cat. a et γ.*

¹ In *Ctesiphontem*, 167.

² In *Ctes.*, 16, 101, 206.

and innumerable such instances, not counting those which Aeschines called "not words but wonders."¹

Here I am up against an argument on the other side, and you will retort that Demosthenes is at fault in the same way as you say I am. But you must see how much greater he is than Aeschines, his critic, and greater in these very passages; he can show vigour elsewhere, but here he stands out as sublime. Besides, was Aeschines himself free from the faults he finds in Demosthenes? "For it is essential, men of Athens, that the orator and the law should speak the same language; but when the law says one thing, and the orator another . . ." Elsewhere he says that "Then he displays himself as especially concerned with the decree," and again, "But keep watch and lie in ambush as you listen to him, so that you drive him to keep within the limits of the charge of illegality,"² and he is so pleased with this metaphor that he repeats it: "But as in the race track, drive him to keep to the relevant course."³ Nor⁴ is his style any more controlled and restrained in this example: "But you reopen old wounds, and are more concerned with today's speeches than with the welfare of the State"; and he aims high when he asks: "Will you not dismiss this man as a public menace to Greece? Or arrest him as a pirate who infests politics by cruising around the State in his brig of words, and then bring him to justice?"⁵

¹ *In Timarchum*, 176.

² The logic of the argument demands a rhetorical question ("Is his style any more . . .?") which is more clearly translated by a negative.

³ *In Ctes.*, 208 and 253.

THE LETTERS OF PLINY

13 <τιμωρήσεσθε>;¹ Exspecto, ut quaedam ex hac epistula ut illud "gubernacula gemunt" et "dis maris proximus" isdem notis quibus ea, de quibus scribo, confodias; intellego enim me, dum veniam prioribus peto, in illa ipsa quae adnotaveras incidisse. Sed confodias licet, dum modo iam nunc destines diem, quo et de illis et de his coram exigere possimus. Aut enim tu me timidum aut ego te temerarium faciam. Vale.

XXVII

C. PLINIUS PATERNO SUO S.

1 QUANTA potestas, quanta dignitas, quanta maiestas, quantum denique numen sit historiae, cum frequenter alias tum proxime sensi. Recitaverat quidam verissimum librum, partemque eius in alium diem reser-
2 vaverat. Ecce amici cuiusdam orantes obsecran-
tesque, ne reliqua recitaret. Tantus audiendi quae fecerint pudor, quibus nullus faciendi quae audire erubescunt. Et ille quidem praestitit quod rogabatur (sinebat fides); liber tamen ut factum ipsum manet manebit legeturque semper, tanto magis quia non statim. Incitantur enim homines ad noscenda quae differuntur. Vale.

¹ ΤΙΜΩΡΗΣΑΣΘΕ *Cat. a (om. γ)*.

¹ For the embarrassments of recent history, see V. 8. 12.

I am waiting for you to strike out certain expressions in this letter (such as "the rudder groans" and "equal to the gods of the sea") by the same rule as you attack the passages I am quoting; for I am well aware that in seeking indulgence for my past offences I have fallen into the very errors you condemn. Strike then—as long as you will fix an early date for us to discuss both past and present in person. Then you can make me more cautious or I shall teach you to be venturesome.

XXVII

TO PLINIUS PATERNUS

I HAVE often been conscious of the powers of history, its dignity and majesty and inspired authority, but never more so than on a recent occasion. An author had begun a reading of a work of exceptional candour, and had left part to be read another day. Up came the friends of someone I won't name, begging and praying him not to read the remainder; such is the shame people feel at hearing about their conduct, though they felt none at the time of doing what they blush to hear.¹ The author complied with their request, as he could well do without loss of sincerity, but the book, like their deeds, remains and will remain; it will always be read, and all the more for this delay, for information withheld only sharpens men's curiosity to hear it.

THE LETTERS OF PLINY

XXVIII

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

1 Post longum tempus epistulas tuas, sed tres
pariter recepi, omnes elegantissimas amantissimas, et
quales a te venire praesertim desideratas oportebat.
Quarum una iniungis mihi iucundissimum mini-
sterium, ut ad Plotinam sanctissimam feminam lit-
2 terae tuae perferantur: perferentur. Eadem com-
mendas Popilium Artemisium: statim praestiti quod
petebat. Indicas etiam modicas te vindemias col-
legisse: communis haec mihi tecum, quamquam in
3 diversissima parte terrarum, querela est. Altera
epistula nuntias multa te nunc dictare nunc scribere,
quibus nos tibi repraesentes. Gratias ago; agerem
magis si me illa ipsa, quae scribis aut dictas, legere
voluisses. Et erat aequum ut te mea ita me tua
scripta cognoscere, etiamsi ad alium quam ad me
4 pertinerent. Polliceris in fine, cum certius de vitae
nostrae ordinatione aliquid audieris, futurum te
fugitivum rei familiaris statimque ad nos evolaturum,¹
qui iam tibi compedes nectimus, quas perfringere²
5 nullo modo possis. Tertia epistula continebat esse
tibi redditam orationem pro Clario³ eamque visam

¹ evolaturum *a*: advolaturum γ .

² perfringere *a*: effringere γ .

³ pro Clario *a*: proclamo γ .

¹ Trajan's wife, the Empress. See *Pan.* 83.

² Voconius Romanus (see *Index*) was a native of Hither

XXVIII

TO VOCONIUS ROMANUS

YOUR letters have reached me after a long delay, three in fact at once, all beautifully expressed, warmly affectionate, and such as I ought to have from you, especially when I have been waiting for them. In one you entrust me with the very welcome commission of forwarding your letter to the august lady Plotina:¹ it shall be done. The same letter introduces Popilius Artemisius. I carried out his request at once. You also say that you have had a poor grape harvest, and I can join you in this complaint, although we live so far from each other.²

The second letter tells me you are setting down or dictating your impressions of myself. Thank you—I would thank you more if you had been willing for me to read the actual pages as they are finished; as you read my work, in common justice I should read yours, even when someone else is the subject. At the end you promise that, once you have some definite news of my arrangements,³ you will escape from your domestic affairs and take refuge here with me, where I am already forging you fetters which you will never manage to break.

Your third letter mentions that you have received my speech on behalf of Clarius and thought it seemed fuller than when you heard me deliver it. It *is* fuller,

Spain, but it is not clear here or in IX. 7 whether he had retired there or was living in Italy.

³ This could be taken as generally meant, or as suggesting that P. was expecting some consular post (though he did not go to Bithynia until 109/10). See Syme, p. 659.

THE LETTERS OF PLINY

uberiorem, quam dicente me audiente te fuerit. Est uberior; multa enim postea inserui. Adicis alias te litteras curiosius scriptas misisse; an acceperim quaeris. Non accepi et accipere gestio. Proinde prima quaque occasione mitte adpositis quidem usuris, quas ego (num parcius possum?) centesimas computabo. Vale.

XXIX

C. PLINIUS RUSTICO SUO S.

- 1 Ut satius unum aliquid insigniter facere quam plura mediocriter, ita plurima mediocriter, si non possis unum aliquid insigniter. Quod intuens ego variis me studiorum generibus nulli satis confisus experior.
- 2 Proinde, cum hoc vel illud leges, ita singulis veniam ut non singulis dabis. An ceteris artibus excusatio in numero, litteris durior lex, in quibus difficilior effectus est? Quid autem ego de venia quasi ingratus? Nam si ea facilitate proxima acceperis qua priora, laus potius speranda quam venia obsecranda est. Mihi tamen venia sufficit. Vale.

XXX

C. PLINIUS GEMINO SUO S.

- 1 LAUDAS mihi et frequenter praesens et nunc per epistulas Nonium tuum, quod sit liberalis in quosdam:

¹ Possibly the historian. See Index.

for I made several additions afterwards. You then want to know if I have had the other letter you sent, which was composed with special care. No, I haven't, and I can't wait for it. So send it as soon as you can, and pay me full interest: I work it out at twelve per cent per annum, and can't be expected to let you off more lightly than that.

XXIX

To FABIVS (?) RUSTICVS¹

IT is better to excel in one thing than do several moderately well, but moderate skill in several things is better if you lack ability to excel in one. Bearing this in mind, I have tried my hand at various styles of composition as I have never felt confident in any one. So when you read anything of mine you must be indulgent to each style I use in consideration of its not being my only one; quantity is an excuse for lack of quality in the other arts, so why should there be a harsher law for literature where success is even more difficult? But I mustn't talk about indulgence as if I were ungrateful—if you receive my latest efforts as kindly as you did my earlier work I should be looking for praise rather than begging indulgence, though this would be enough for me.

XXX

To ROSIANVS GEMINVS

I HAVE often heard you praise your friend Nonius in person, as you do in your last letter, for his generosity

THE LETTERS OF PLINY

et ipse laudo, si tamen non in hos solos. Volo enim eum, qui sit vere liberalis, tribuere patriae propinquis, adfinibus amicis, sed amicis dico pauperibus, non ut isti qui iis potissimum donant, qui donare maxime
2 possunt. Hos ego viscatis hamatisque muneribus non sua promere puto sed aliena corripere. Sunt ingenio simili qui quod huic donant auferunt illi, famamque
3 liberalitatis avaritia petunt. Primum est autem suo esse contentum, deinde, quos praecipue scias indigere, sustentantem foventemque orbe quodam socialitatis ambire. Quae cuncta si facit iste, usque-
4 quaque laudandus est; si unum aliquid, minus quidem, laudandus tamen: tam rarum est etiam imperfectae liberalitatis exemplar. Ea invasit homines habendi cupido, ut possideri magis quam possidere videantur. Vale.

XXXI

C. PLINIUS SARDO SUO S.

1 POSTQUAM a te recessi, non minus tecum, quam cum ad te fui. Legi enim librum tuum identidem repetens ea maxime (non enim mentiar), quae de me scripsisti, in quibus quidem percopiosus fuisti. Quam multa, quam varia, quam non eadem de eodem nec

to certain people, and I will add my own praises if his generosity is not confined to these individual cases. I should like to see the truly generous man giving to his country, neighbours, relatives, and friends, but by them I mean his friends without means; unlike the people who mostly bestow their gifts on those best able to make a return. Such persons do not seem to me to part with anything of their own, but use their gifts as baits to hook other people's possessions. Other smart characters rob one person to give to another, hoping their rapacity will bring them a reputation for generous giving. But the first essential is to be content with your own lot, the second to support and assist those you know to be most in need, embracing them all within the circle of your friendship.

If your friend can achieve all this he is wholly to be praised, if part only he is still praiseworthy in a lesser degree; so few instances are there even of partial generosity. Greed for ownership has taken such a hold of us that we seem to be possessed by wealth rather than to possess it.

XXXI

TO SARDUS

I AM still enjoying your company as much as before we parted, for I have been reading your book, and, to be honest, rereading again and again the passages about myself, where you have indeed been eloquent! The wealth of your material and variety of treatment, and the skill whereby you avoid repetition without

THE LETTERS OF PLINY

2 tamen diversa dixisti! Laudem pariter et gratias agam? Neutrum satis possum et, si possem, timerem ne adrogans esset ob ea laudare, ob quae gratias agerem. Unum illud addam, omnia mihi tanto laudabilia visa quanto iucundiora, tanto iucundiora quanto laudabilia erant. Vale.

XXXII

C. PLINIUS TITIANO SUO S.

QUID agis, quid acturus es? Ipse vitam iucundissimam (id est, otiosissimam) vivo. Quo fit, ut scribere longiores epistulas nolim, velim legere, illud tamquam delicatus, hoc tamquam otiosus. Nihil est enim aut pigrius delicatis aut curiosius otiosis. Vale.

XXXIII

C. PLINIUS CANINIO SUO S.

1 INCIDI in materiam veram sed simillimam fictae, dignamque isto laetissimo altissimo planeque poetico ingenio; incidi autem, dum super cenam varia miracula hinc inde referuntur. Magna auctori fides: tametsi quid poetae cum fide? Is tamen auctor, 2 cui bene vel historiam scripturus credidisses. Est in

¹ The poet of VIII. 4.

loss of consistency, makes me wonder whether I should mingle congratulations with my thanks. I do neither adequately, and if I could I should be afraid it would look conceited to congratulate you on the very thing for which I am thanking you. I will only add that my pleasure in your work increased its merit for me, while its merit added to my pleasure.

XXXII

To CORNELIUS TITIANUS

WHAT are you doing, and what are your plans? As for me, I'm enjoying life to the full, which means I am thoroughly idle. Consequently I can't be bothered with writing longer letters in my pampered state, though I should welcome some to read in my idle hours. Nothing is so lazy as a pampered man, and nothing so inquisitive as a man with nothing to do.

XXXIII

To CANINIUS RUFUS¹

I HAVE come across a true story which sounds very like fable, and so ought to be a suitable subject for your abundant talent to raise to the heights of poetry. I heard it over the dinner table when various marvellous tales were being circulated, and I had it on good authority—though I know that doesn't really interest poets. However, it was one which even a historian might well have trusted.

THE LETTERS OF PLINY

Africa Hipponensis colonia mari proxima. Adiacet navigabile stagnum; ex hoc in modum fluminis aestuarium emergit, quod vice alterna, prout aestus aut repressit aut impulit, nunc infertur mari, nunc
3 redditur stagno. Omnis hic aetas piscandi navigandi atque etiam natandi studio tenetur, maxime pueri, quos otium lususque sollicitat. His gloria et virtus altissime provehi: victor ille, qui longissime ut litus
4 ita simul natantes reliquit. Hoc certamine puer quidam audentior ceteris in ulteriora tendebat. Delphinus occurrit, et nunc praecedere puerum nunc sequi nunc circumire, postremo subire deponere iterum subire, trepidantemque perferre primum in altum, mox flectit ad litus, redditque terrae et
5 aequalibus. Serpit per coloniam fama; concurrere omnes, ipsum puerum tamquam miraculum adspicere, interrogare audire narrare. Postero die obsident litus, prospectant mare et si quid est mari simile. Natant pueri, inter hos ille, sed cautius. Delphinus rursus ad tempus, rursus ad puerum. Fugit ille cum ceteris. Delphinus, quasi invitet et revocet, exsilit mergitur, variosque orbes implicat expeditque.
6 Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari subiret timendi pudor. Accedunt et adludunt et adpellant, tangunt etiam

¹ Hippo Diarrhytus (now Bizerta), N.W. of Carthage.

The Roman colony of Hippo¹ is situated on the coast of Africa. Near by is a navigable lagoon, with an estuary like a river leading from it which flows into the sea or back into the lagoon according to the ebb and flow of the tide. People of all ages spend their time here to enjoy the pleasures of fishing, boating, and swimming, especially the boys who have plenty of time to play. It is a bold feat with them to swim out into deep water, the winner being the one who has left the shore and his fellow-swimmers farthest behind. In one of these races a particularly adventurous boy went farther out than the rest. A dolphin met him and swam now in front, now behind him, then played round him, and finally dived to take him on its back, then put him off, took him on again, and first carried him terrified out to sea, then turned to the shore and brought him back to land and his companions.

The tale spread through the town; everyone ran up to stare at the boy as a prodigy, ask to hear his story and repeat it. The following day crowds thronged the shore, watched the sea, and anything like the sea, while the boys began to swim out, among them the same boy, but this time more cautious. The dolphin punctually reappeared and approached the boy again, but he made off with the rest. Meanwhile the dolphin jumped and dived, coiled and uncoiled itself in circles as if inviting and calling him back. This was repeated the next day, the day after, and on several more occasions, until these people, who are bred to the sea, began to be ashamed of their fears. They went up to the dolphin and played with it, called it, and even touched

THE LETTERS OF PLINY

pertrectantque praebentem. Crescit audacia experimento. Maxime puer, qui primus expertus est, adnatat nanti, insilit tergo, fertur referturque, agnoscere se amari putat, amat ipse; neuter timet, neuter timetur; huius fiducia, mansuetudo illius
7 augetur. / Nec non alii pueri dextra laevaue simul eunt hortantes monentesque. Ibat una (id quoque mirum) delphinus alius, tantum spectator et comes. Nihil enim simile aut faciebat aut patiebatur, sed alterum illum ducebat reducebat, ut puerum ceteri
8 pueri. Incredibile, tam verum tamen quam priora, delphinum gestatorem collusoremque puerorum in terram quoque extrahi solitum, harenisque siccatum,
9 ubi incalisset in mare revolvi. Constat Octavium Avitum, legatum proconsulis, in litus educto religione prava superfudisse unguentum, cuius illum novitatem odoremque in altum refugisse, nec nisi post multos dies visum languidum et maestum, mox redditus
10 viribus priorem lasciviam et solita ministeria repetisse. Confluebant omnes ad spectaculum magistratus, quorum adventu et mora modica res publica novis sumptibus atterebatur. Postremo locus ipse quietem suam secretumque perdebat: placuit occulte
11 interfici, ad quod coibatur. Haec tu qua misera-

¹ The elder Pliny tells the story briefly in *NH IX. 26*, and names the proconsul, *Tampius Flavianus*.

and stroked it when they found it did not object, and their daring increased with experience. In particular the boy who first met it swam up when it was in the water, climbed on its back, and was carried out to sea and brought back; he believed it knew and loved him, and he loved it. Neither was feared nor afraid, and the one grew more confident as the other became tamer. Some of the other boys used to go with him on either side, shouting encouragement and warnings, and with it swam another dolphin (which is also remarkable), but only to look on and escort the other, for it did not perform the same feats or allow the same familiarities, but only accompanied its fellow to shore and out to sea as the boys did their friend. It is hard to believe, but as true as the rest of the story, that the dolphin who carried and played with the boys would even let itself be pulled out on to the shore, dry itself in the sand, and roll back into the sea when it felt hot.

Then, as is generally known,¹ the governor's legate, Octavius Avitus, was moved by some misguided superstition to pour scented oil on the dolphin as it lay on the shore, and the strange sensation and smell made it take refuge in the open sea. It did not reappear for many days, and then seemed listless and dejected; but as it regained strength it returned to its former playfulness and usual tricks. All the local officials used to gather to see the sight, and their arrival to stay in the little town began to burden it with extra expense, until finally the place itself was losing its character of peace and quiet. It was then decided that the object of the public's interest should be quietly destroyed.

THE LETTERS OF PLINY

tione, qua copia deflebis ornabis attolles! Quamquam non est opus adfingas aliquid aut adstruas; sufficit ne ea quae sunt vera minuantur. Vale.

XXXIV

C. PLINIUS TRANQUILLO SUO S.

1 *EXPLICA* aestum meum: audio me male legere, dumtaxat versus; orationes enim commode, sed tanto minus versus. Cogito ergo recitaturus familiaribus amicis experiri libertum meum. Hoc quoque familiare, quod elegi non bene sed melius (scio) lecturum,
2 si tamen non fuerit perturbatus. Est enim tam novus lector quam ego poeta. Ipse nescio, quid illo legente interim faciam, sedeam defixus et mutus et similis otioso an, ut quidam, quae pronuntiabit, murmure oculis manu prosequar. Sed puto me non minus male saltare quam legere. Iterum dicam, *explica* aestum meum vereque rescribe, num sit melius pessime legere quam ista vel non facere vel facere. Vale.

¹ See T. F. Higham, *Greece and Rome*, VII. 1. pp. 82 ff., for a verified account of a dolphin playing with children.

I can imagine how sadly you will lament this ending and how eloquently you will enrich and adorn this tale—though there is no need for you to add any fictitious details; it will be enough if the truth is told in full.¹

XXXIV

TO SUETONIUS TRANQUILLUS

PLEASE settle my doubts. I am told that I read badly—I mean when I read verse, for I can manage speeches, though this seems to make my verse reading all the worse. So, as I am planning to give an informal reading to my personal friends, I am thinking of making use of one of my freedmen. This is certainly treating them informally, as the man I have chosen is not really a good reader, but I think he will do better than I can as long as he is not nervous. (He is in fact as inexperienced a reader as I am a poet.) Now, I don't know what I am to do myself while he is reading, whether I am to sit still and silent like a mere spectator, or do as some people and accompany his words with low voice, eye, and gesture. But I don't believe I am any better at mime than at reading aloud. Once more, then, settle my doubts and give me a straight answer whether it would be better to read myself, however badly, than to do or leave undone what I have just said.

THE LETTERS OF PLINY

XXXV

C. PLINIUS †ATRIO†¹ SUO S.

- 1 LIBRUM, quem misisti, recepi et gratias ago. Sum tamen hoc tempore occupatissimus. Ideo nondum eum legi, cum alioqui valdissime cupiam. Sed eam reverentiam cum litteris ipsis tum scriptis tuis debeo, ut sumere illa nisi vacuo animo inreligiosum
2 putem. Diligentiam tuam in retractandis operibus valde probo. Est tamen aliquis modus, primum quod nimia cura deterit magis quam emendat, deinde quod nos a recentioribus revocat simulque nec absolvit priora et incohare posteriora non patitur. Vale.

XXXVI

C. PLINIUS FUSCO SUO S.

- 1 QUAERIS, quemadmodum in Tuscis diem aestate disponam. Evigilo cum libuit, plerumque circa horam primam, saepe ante, tardius raro. Clausae fenestrae manent; mire enim silentio et tenebris ab iis quae avocant abductus et liber et mihi relictus, non oculos animo sed animum oculis sequor, qui eadem
2 quae mens vident, quotiens non vident alia. Cogito si quid in manibus, cogito ad verbum scribenti

¹ Atrio aut Appio γ: Oppio a: "fortasse Attio" Keil.

XXXV

To ATRIUS (?)

I HAVE received the book you sent, for which many thanks. I am very busy just now, so I haven't read it yet in spite of my impatience. But I hold literature in general and your writings in particular in such high regard that I should feel it sacrilege to handle them, unless I could give my undivided attention.

I very much approve of the trouble you take over revising your work, but there should be a limit to this; first because too much application blurs the outline instead of improving the details, and then because it distracts us from more recent subjects and prevents us from starting on new work and also from finishing off the old.

XXXVI

To FUSCUS SALINATOR

You want to know how I plan the summer days I spend in Tuscany. I wake when I like, usually about sunrise, often earlier but rarely later. My shutters stay closed, for in the stillness and darkness I feel myself surprisingly detached from any distractions and left to myself in freedom; my eyes do not determine the direction of my thinking, but, being unable to see anything, they are guided to visualize my thoughts. If I have anything on hand I work it out in my head, choosing and correcting the wording,

THE LETTERS OF PLINY

emendantique similis, nunc pauciora nunc plura, ut vel difficile vel facile componi tenerive potuerunt. Notarium voco et die admisso quae formaveram dicto; 3 ab it rursusque revocatur rursusque dimittitur. Ubi hora quarta vel quinta (neque enim certum dimensumque tempus), ut dies suasit, in xystum me vel cryptoporticum confero, reliqua meditor et dicto. Vehiculum ascendo. Ibi quoque idem quod ambulans aut iacens; durat intentio mutatione ipsa refecta. Paulum redormio, dein ambulo, mox orationem Graecam Latinamve clare et intente non tam vocis causa quam stomachi lego; pariter tamen et illa 4 firmatur. Iterum ambulo ungor exerceor labor. Cenanti mihi, si cum uxore vel paucis, liber legitur; post cenam comoedia aut lyristes; mox cum meis ambulo, quorum in numero sunt eruditi. Ita variis sermonibus vespera extenditur, et quamquam longis- 5 simus dies bene¹ conditur. Non numquam ex hoc ordine aliqua mutantur; nam, si diu iacui vel ambulavi, post somnum demum lectionemque non vehiculo sed, quod brevius quia velocius, equo gestor. Interveniunt amici ex proximis oppidis, partemque diei ad se trahunt interdumque lasso mihi opportuna inter- 6 pellatione subveniunt. Venor aliquando, sed non

¹ bene γ: cito θ.

¹ As Zosimus (V. 19) and Encolpius (VIII. 1).

and the amount I achieve depends on the ease or difficulty with which my thoughts can be marshalled and kept in my head. Then I call my secretary, the shutters are opened, and I dictate what I have put into shape; he goes out, is recalled, and again dismissed. Three or four hours after I first wake (but I don't keep to fixed times) I betake myself according to the weather either to the terrace or the covered arcade, work out the rest of my subject, and dictate it. I go for a drive, and spend the time in the same way as when walking or lying down; my powers of concentration do not flag and are in fact refreshed by the change. After a short sleep and another walk I read a Greek or Latin speech aloud and with emphasis, not so much for the sake of my voice as my digestion, though of course both are strengthened by this. Then I have another walk, am oiled, take exercise, and have a bath. If I am dining alone with my wife or with a few friends, a book is read aloud during the meal and afterwards we listen to a comedy or some music; then I walk again with the members of my household, some of whom are well educated.¹ Thus the evening is prolonged with varied conversation, and, even when the days are at their longest, comes to a satisfying end.

Sometimes I vary this routine, for, if I have spent a long time on my couch or taking a walk, after my siesta and reading I go out on horseback instead of in a carriage so as to be quicker and take less time. Part of the day is given up to friends who visit me from neighbouring towns, and sometimes come to my aid with a welcome interruption when I am tired. Occasionally I go hunting, but not without my note-

THE LETTERS OF PLINY

sine pugillaribus, ut quamvis nihil ceperim non nihil referam. Datur et colonis, ut videtur ipsis, non satis temporis, quorum mihi agrestes querelae litteras nostras et haec urbana opera commendant. Vale.

XXXVII

C. PLINIUS PAULINO SUO S.

1 NEC tuae naturae est translaticia haec et quasi publica officia a familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere, et ego te constantius amo quam ut verear, ne aliter ac velim accipias, nisi te kalendis statim consulem videro, praesertim cum me necessitas locandorum¹ praediorum plures annos ordinatura detineat, in qua mihi nova consilia sumenda
2 sunt. Nam priore lustro, quamquam post magnas remissiones, reliqua creverunt: inde plerisque nulla iam cura minuendi aeris alieni, quod desperant posse persolvi; rapiunt etiam consumuntque quod natum
3 est, ut qui iam putent se non sibi parcere. Occurrendum ergo augescentibus vitiis et medendum est. Medendi una ratio, si non nummo sed partibus locem ac deinde ex meis aliquos operis exactores,

¹ locandorum *a*: tuscianorum *γ* (-canorum *θ*).

¹ Cf. I. 6 and IX. 10.

² He was suffect consul September–December 107. See Index.

books so that I shall have something to bring home even if I catch nothing.¹ I also give some time to my tenants (they think it should be more) and the boorishness of their complaints gives fresh zest to our literary interests and the more civilized pursuits of town.

XXXVII

TO VALERIUS PAULINUS

It is not your nature to demand the conventional formalities from your personal friends when they are likely to be inconvenienced, and I love you too surely to fear you will misinterpret my intentions if I am not present when you take up your consulship on the first of the month;² especially when I must stay here to arrange for letting my farms on long leases and I shall have to adopt a new system for this. During the past five years, despite the large reductions I made in the rents, the arrears have increased and as a result most of my tenants have lost interest in reducing their debt because they have no hope of being able to pay off the whole; they even seize and consume the produce of the land in the belief that they will gain nothing themselves by conserving it.

I must therefore face this growing evil and find a remedy. One way would be to let the farms not for a money rent but for a fixed share of the produce,³ and then make some of my servants overseers to

³ This is the *mezzadria* system still in use in Tuscany and northern Italy. Cf. the similar one followed on the imperial estates in N. Africa described in inscriptions (S. 463 and 464).

THE LETTERS OF PLINY

- custodes fructibus ponam. Et alioqui nullum iustius genus reditus, quam quod terra caelum annus refert.
- 4 At hoc magnam fidem acres oculos numerosas manus poscit. Experiendum tamen et quasi in veteri morbo quaelibet mutationis auxilia temptanda sunt.
- 5 Vides, quam non delicata me causa obire primum consulatus tui diem non sinat; quem tamen hic quoque ut praesens votis gaudio gratulatione celebrabo. Vale.

XXXVIII

C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

Ego vero Rufum nostrum laudo, non quia tu ut ita facerem petisti sed quia est ille dignissimus. Legi enim librum omnibus numeris absolutum, cui multum apud me gratiae amor ipsius adiecit. Iudicavi tamen; neque enim soli iudicant qui maligne legunt. Vale.

XXXIX

C. PLINIUS MUSTIO SUO S.

- 1 HARUSPICUM monitu reficienda est mihi aedes Cereris in praediis in melius et in maius, vetus sane et angusta, cum sit alioqui stato die frequentissima.

¹ Possibly the poet Caninius Rufus of VIII. 4 and IX. 33.

² Probably that near Tifernum; Mustius appears to be at Rome.

keep a watch on the harvest. There is certainly no more just return than what is won from the soil, climate and seasons, but this method requires strict honesty, keen eyes, and many pairs of hands. However, I must make the experiment and try all possible changes of remedy for an obstinate complaint.

You see that it is not pure selfishness on my part which prevents my attending you on the first day of your consulship, and I shall celebrate it here with prayers, rejoicing and congratulations as if I were with you.

XXXVIII

TO POMPEIUS SATURNINUS

I do indeed congratulate our friend Rufus,¹ not at your request but because he merits praise. I have read his book, a finished performance in every way, my pleasure in which was much increased by my affection for its author. I did however read it critically; for criticism is not confined to those who read only to find fault.

XXXIX

TO MUSTIUS

I AM told by the soothsayers that I must rebuild the temple of Ceres which stands on my property;² it needs enlarging and improving, for it is certainly very old and too small considering how crowded it is on its special anniversary, when great crowds gather

THE LETTERS OF PLINY

2 Nam idibus Septembribus magnus e regione tota coit
populus, multae res aguntur, multa vota suscipiuntur,
multa redduntur; sed nullum in proximo suffugium
3 aut imbris aut solis. Videor ergo munifice simul
religioseque facturus, si aedem quam pulcherrimam
exstruxero, addidero porticus aedi, illam ad usum
4 deae has ad hominum. Velim ergo emas quattuor
marmoreas columnas, cuius tibi videbitur generis,
emas marmora quibus solum, quibus parietes exco-
lantur. Erit etiam faciendum¹ ipsius deae signum,
quia antiquum illud e ligno quibusdam sui partibus
5 vetustate truncatum est. Quantum ad porticus,
nihil interim occurrit, quod videatur istinc esse
repetendum, nisi tamen ut formam secundum
rationem loci scribas. Neque enim possunt circum-
dari templo: nam solum templi hinc flumine et
6 abruptissimis ripis, hinc via cingitur. Est ultra
viam latissimum pratum, in quo satis apte contra
templum ipsum porticus explicabuntur; nisi quid tu
melius invenies, qui soles locorum difficultates arte
superare. Vale.

XL

C. PLINIUS FUSCO SUO S.

1 SCRIBIS pergratas tibi fuisse litteras meas, quibus
cognovisti quemadmodum in Tuscis otium aestatis
exigerem; requiris quid ex hoc in Laurentino hieme
2 permutem. Nihil, nisi quod meridianus somnus

¹ faciendum γ: vel faciendum vel emendum a *Guillemin*.

there from the whole district on 13 September and many ceremonies are performed and vows made and discharged. But there is no shelter near by from rain or sun, so I think it will be an act of generosity and piety alike to build as fine a temple as I can and add porticoes—the temple for the goddess and the porticoes for the public.

Will you then please buy me four marble columns, any kind you think suitable, and marble for improving the floor and walls; and we shall also have to have made a statue of the goddess, for several pieces are broken off the original wooden one as it is so old. As for the porticoes, at the moment I can't think of anything I want from you, unless you will draw me a plan suitable for the position.¹ They cannot be built round the temple, for the site has a river with steep banks on one side and a road on the other. On the far side of the road is a large meadow where they might quite well stand facing the temple; unless you can think of a better solution from your professional experience of overcoming difficulties of terrain.

XL

TO FUSCUS SALINATOR

You say you were delighted with my letter describing how I spend my summer holidays in Tuscany, and you want to know what changes I make at Laurentum in winter. None, except that I cut out

¹ As in III. 6, P. has removed the essential details of measurement before publication.

THE LETTERS OF PLINY

eximitur multumque de nocte vel ante vel post diem sumitur, et, si agendi necessitas instat, quae frequens hieme, non iam comoedo vel lyristae post cenam locus, sed illa, quae dictavi, identidem retractantur, ac simul memoriae frequenti emendatione proficitur. Habes aestate hieme consuetudinem; addas¹ huc licet ver et autumnum,² quae inter hiemem aestatemque media,³ ut nihil de die perdunt, de nocte parvolum adquirunt. Vale.

¹ addas *R. Agricola*: non addas *γα*: nunc addas *Guillemin*.


² ver et autumnum quae *R. Agricola*: vere (*om. a*) tantum numquam *γα*.

³ aestatemque media *R. Agricola*: statim (*om. a*) aestatemque mediam *γα*.

BOOK IX. XL. 2-3

my siesta and shorten my nights a good deal by using the hours before dawn or after sunset; and, if I have an urgent case pending, as often happens in winter, instead of having comedy or music after dinner I work again and again over what I have dictated, and so fix it in my memory by repeated revision.

Now that you have my habits in summer and winter you can add spring and autumn, the intermediate seasons, during which none of the day is wasted and so very little is stolen from the night.



BOOK X

LIBER DECIMUS

AD TRAIANUM IMPERATOREM CUM EIUSDEM RESPONSIS

I

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 TUA quidem pietas, imperator sanctissime, optaverat, ut quam tardissime succederes patri; sed di immortales festinaverunt virtutes tuas ad gubernacula rei publicae quam susceperas admovere.
- 2 Precor ergo ut tibi et per te generi humano prospera omnia, id est digna saeculo tuo contingant. Fortem te et hilarem, imperator optime, et privatim et publice opto.

II

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 EXPRESSIMERE, domine, verbis non possum, quantum mihi gaudium attuleris, quod me dignum putasti iure trium liberorum. Quamvis enim Iuli Serviani, optimi viri tuique amantissimi, precibus indulseris, tamen etiam ex rescripto intellego libentius hoc ei te

¹ Cf. *Pan.* 8 and 10. Nerva adopted Trajan in October 97 and died 27/28 January 98. This letter was written soon after his death.

BOOK X

ADDRESSED TO THE EMPEROR TRAJAN AND INCLUDING HIS REPLIES

I

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

YOUR filial feelings, august Emperor, prompted your desire to succeed your father at the latest possible moment, but the immortal gods have hastened to put our country in your hands, a task to which you had already been assigned.¹ Therefore I pray that you, and through you all mankind, may enjoy every prosperity, as befits your reign; and as an individual no less than as an official, noble Emperor, I wish you health and happiness.

II

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

I HAVE no words to tell you, Sir, how much pleasure you have given me by thinking me fit for the privileges granted to parents of three children.² I know that you have granted this at the request of your worthy and devoted servant Julius Servianus, but from the wording of your decision I understand that

² For these privileges see II. 13. 8 and note.

THE LETTERS OF PLINY

2 praestitisse, quia pro me rogabat. Videor ergo summam voti mei consecutus, cum inter initia felicissimi principatus tui probaveris me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere; eoque magis liberos concupisco, quos habere etiam illo tristissimo saeculo volui, sicut potes duobus matrimoniis meis
3 credere. Sed di melius, qui omnia integra bonitati tuae reservarunt; malui hoc potius tempore me patrem fieri, quo futurus essem et securus et felix.

III A

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Ut primum me, domine, indulgentia vestra promovit ad praefecturam aerarii Saturni, omnibus advocationibus, quibus alioqui numquam eram promiscue functus, renuntiavi, ut toto animo delegato
2 mihi officio vacarem. Qua ex causa, cum patronum me provinciales optassent contra Marium Priscum, et petii veniam huius muneris et impetravi. Sed cum postea consul designatus censuisset agendum¹ nobiscum, quorum erat excusatio recepta, ut essemus in senatus potestate pateremurque nomina nostra in urnam conici, convenientissimum esse tranquillitati

¹ censuisset agendum *Gruter*: -ses tacendum a.

¹ Pliny's second wife died in early 97: cf. IX. 13. 4. He does not appear to have married Calpurnia till after 100.

² See V. 14. 5, X. 8. 3 and *Pan.* 91. 1 with note. Pliny was nominated before Nerva's death 27/28 January 98.

you were the more willing to do so as his petition was on my behalf. For you to think me worthy of your personal favour at the opening of your auspicious reign is, I feel, the realization of my highest hopes. Still more now do I long for children of my own, though I wanted them even during those evil days now past, as you may know from my having married twice.¹ The gods knew better when they reserved my good fortune wholly for your generosity. Now is the time I would wish to be a father, when my happiness need know no fear.

III A

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

WHEN the kind interest of your father and yourself, Sir, promoted me to take charge of the Treasury of Saturn,² I gave up my practice in the courts (though I had never taken on cases indiscriminately) so that I could be free to give my whole attention to the duties assigned to me. Thus when the province of Africa asked me to act for them against Marius Priscus,³ I begged to be excused the honour, and my excuse was accepted. Subsequently the consul-elect proposed that those of us who had been granted exemption should be prevailed on to remain at the Senate's disposal and to permit our names to be included in the ballot for advocates.⁴ I then thought I

² In late 98. This refers to the first proceedings against Marius Priscus, II. 11. 2.

⁴ An advocate was assigned to a province by *sortitio* if it had not asked for someone by name, as Baetica asked for Pliny in the case of Classicus, III. 4. 2.

THE LETTERS OF PLINY

saeculi tui putavi praesertim tam moderatae voluntati
3 amplissimi ordinis non repugnare. Cui obsequio meo
opto ut existimes constare rationem, cum omnia facta
dictaque mea probare sanctissimis moribus tuis
cupiam.

III B

TRAIANUS PLINIO

ET civis et senatoris boni partibus functus es
obsequium amplissimi ordinis, quod iustissime exige-
bat, praestando. Quas partes impleturum te secun-
dum susceptam fidem confido.

IV

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 INDULGENTIA tua, imperator optime, quam plenis-
simam exerior, hortatur me, ut audeam tibi etiam
pro amicis obligari; inter quos sibi vel praecipuum
locum vindicat Voconius Romanus, ab ineunte aetate
2 condiscipulus et contubernalis. Quibus ex causis et a
divo patre tuo petieram, ut illum in amplissimum
ordinem promoveret. Sed hoc votum meum bonitati
tuae reservatum est, quia mater Romani liberalitatem
sestertii quadrages,¹ quod conferre se filio codicillis

¹ quadragens I (*in margine* vel quadrages vel quadringenties).

¹ For Voconius Romanus, see Index and II. 13. There is no indication that this petition succeeded.

should best accord with the peaceful atmosphere of your reign if I did not oppose that distinguished body, especially when they were so reasonable in their request. I trust that you will think my obedience was correct, for I am anxious for every word and deed of mine to receive the sanction of your own supreme standards.

III B

TRAJAN TO PLINY

You have acted rightly both as a citizen and as a member of the Senate in obeying the just demands of that distinguished body, and I am sure that you will perform the duties you have undertaken in accordance with the trust placed in you.

IV

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

Your kindness, noble Emperor, of which I have full personal experience, encourages me to venture to ask you to extend it to my friends, among whom Voconius Romanus¹ has the highest claim. He has been my friend from our early years when we were at school together, and for this reason I petitioned your deified father, the late Emperor, to raise him to the dignity of senatorial rank. However, I await your generosity for my wish to be granted; for, although Romanus's mother had written to your father to state that she was making a gift of four million sesterces to

THE LETTERS OF PLINY

ad patrem tuum scriptis professa fuerat, nondum
satis legitime peregerat; quod postea fecit admonita
3 a nobis. Nam fundos emancipavit, et cetera quae in
emancipatione implenda solent exigi consummavit.
4 Cum sit ergo finitum, quod spes nostras morabatur,
non sine magna fiducia subsigno apud te fidem pro
moribus Romani mei, quos et liberalia studia exornant
et eximia pietas, quae hanc ipsam matris liberalitatem
et statim patris hereditatem et adoptionem a vitrico
5 meruit. Auget haec et natalium et paternarum
facultatium splendor; quibus singulis multum com-
mendationis accessurum etiam ex meis precibus
6 indulgentiae tuae credo. Rogo ergo, domine, ut me
exoptatissimae mihi gratulationis compotem facias et
honestis, ut spero, adfectibus meis praestes, ut non in
me tantum verum et in amico gloriari iudiciis tuis
possim.

V

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 PROXIMO anno, domine, gravissima valetudine
usque ad periculum vitae vexatus iatralipten ad-
sumpsi; cuius sollicitudini et studio tuae tantum
indulgentiae beneficio referre gratiam parem possum.
2 Quare rogo des ei civitatem Romanam. Est enim

¹ This illness is dated in X. 8. 3 to the period in 97 before Nerva's last illness.

her son, she had failed to complete the legal formalities. She has since done so after a reminder from me, has transferred some property to him, and completed the usual necessary forms for the conveyance.

Now that the obstacle to our hopes is removed, I can vouch for the character of my friend Romanus with complete confidence, a character signalized by his cultivated interests and the devotion to his parents to which he owes this gift from his mother, as well as his inheritance from his father soon afterwards and his adoption by his stepfather. He comes, moreover, from a distinguished family, and his father was a wealthy man. In addition to this I trust that my own plea on his behalf will be a further recommendation to your kind interest. I pray you then, Sir, to enable me to congratulate Romanus as I so much wish to do, and to gratify what I hope is a worthy affection. I can then be proud to think that your recognition of myself extends to my friend.

V

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

WHEN I was seriously ill last year,¹ Sir, and in some danger of my life, I called in a medical therapist² whose care and attentiveness I cannot adequately reward without the help of your kind interest in the man. I pray you therefore to grant him Roman citizenship. He is a resident alien, Arpocras by

¹ An *iatrialipites* was superior to a *γυμναστής* but inferior to an *ιατρός*, his treatment depending on massage, exercise and diet. Cf. Juvenal, *Sat.* III. 76. Petronius, *Satyricon* 28.

THE LETTERS OF PLINY

peregrinae condicionis manumissus a peregrina. Vocatur ipse Arpocras,¹ patronam habuit Thermuthin Theonis, quae iam pridem defuncta est. Item rogo des ius Quiritium libertis Antoniae Maximillae, ornatissimae feminae, Hediae et Antoniae Harmeridi; quod a te petente patrona peto.

VI

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Ago gratias, domine, quod et ius Quiritium libertis necessariae mihi feminae et civitatem Romanam Arpocrati, iatraliptae meo, sine mora indulxisti. Sed cum annos eius et censum sicut praeceperas ederem, admonitus sum a peritioribus debuisse me ante ei Alexandrinam civitatem impetrare, deinde Romanam,² quoniam esset Aegyptius. Ego autem, quia inter Aegyptios ceterosque peregrinos nihil interesse credebam, contentus fueram hoc solum scribere tibi, esse eum a peregrina manumissum patronamque eius iam pridem decessisse. De qua ignorantia mea non queror, per quam stetit ut tibi pro eodem homine saepius obligarer. Rogo itaque, ut beneficio tuo legitime frui possim, tribuas ei et Alexandrinam civitatem [et Romanam²]. Annos eius et censum, ne

¹ Arpocras I: Harp. a (*idem in X. 6, 7, 10*).

² et Romanam *seclusit Böhm.*

¹ The *Ius Quiritium* granted full civil status to freedmen of inferior status (*Latini Iuniani*: cf. X. 104).

² The man was evidently resident in the Greek city of Alex-

BOOK X. v. 2-VI. 2

name, and was given his freedom by his patron, also alien. She was Thermuthis, wife of Theon, and died some time ago.

I also pray you to grant full Roman citizenship¹ to Hedia and Antonia Harmeris, the freedwomen of the noble lady Antonia Maximilla. It is at her desire that I make the request.

VI

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

THANK you, Sir, for your promptitude in granting full citizenship to the freedwomen of my relative Antonia, and Roman citizenship to my therapist Arpocras. But when I was supplying his age and property according to your instructions, I was reminded by people more experienced than I am that, since the man is an Egyptian, I ought not to have asked for Roman citizenship for him before he became a citizen of Alexandria.² I had not realized that there was any distinction between Egyptians and other aliens, so I had thought it sufficient to inform you only that he had been given his freedom by an alien and that his patron had died some time ago. I shall not regret my ignorance if it means that I can be further indebted to you on behalf of the same person; I pray you therefore to make him a citizen of Alexandria too so that I may lawfully enjoy the favour you have conferred. To prevent any further

andria, and so eligible for Roman citizenship; unlike the majority of Egyptians who could never become Roman citizens and were ineligible for legionary service.

THE LETTERS OF PLINY

quid rursus indulgentiam tuam moraretur, libertis tuis quibus iusseras misi.

VII

TRAIANUS PLINIO

CIVITATEM Alexandrinam secundum institutionem principum non temere dare proposui. Sed cum Arpocrati, iatraliptae tuo, iam civitatem Romanam impetraveris, huic quoque petitioni tuae negare non sustineo. Tu, ex quo nomo sit, notum mihi facere debebis, ut epistulam tibi ad Pompeium Plantam praefectum Aegypti amicum meum mittam.

VIII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 CUM divus pater tuus, domine, et oratione pulcherrima et honestissimo exemplo omnes cives ad munificentiam esset cohortatus, petii ab eo, ut statuas principum, quas in longinquis agris per plures successiones traditas mihi quales acceperam custodiebam, permetteret in municipium transferre adiecta
2 sua statua. Quod quidem ¹ ille mihi cum plenissimo testimonio indulserat; ego statim decurionibus

¹ quod quidem *Keil* ¹: quodque *Ia*: quod cum *Gruter*: quod *Keil*, ² *Stout*.

¹ Egypt was divided into 47 *nomoi* each under a *strategos* responsible to one of three *epistrategoï* and through him to the equestrian prefect. For *Planta*, see IX. 1.

delay to your generous interest I have given the details of his age and property to your freedmen, as instructed.

VII

TRAJAN TO PLINY

FOLLOWING the rule of my predecessors, I do not intend to grant Alexandrian citizenship except in special cases; but as you have already obtained Roman citizenship for your medical therapist Arpocras, I cannot refuse this further request. You must inform me of the man's district¹ so that I can write you a letter for my friend Pompeius Planta, the prefect of Egypt.

VIII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

YOUR late father, Sir, the deified Emperor, had encouraged liberal giving among his subjects in his fine public speeches and by his own noble example. I therefore sought his permission to transfer to the town of Tifernum the statues of former Emperors which I had inherited through various bequests and had kept as I received them on my estate some distance away; I also asked if I might add to them a statue of himself. He had given his permission with his full approval. I had then written at once to the town council to ask them to allocate me a site where

THE LETTERS OF PLINY

scripseram, ut adsignarent solum in quo templum pecunia mea exstruerem; illi in honorem¹ operis
3 ipsius electionem loci mihi obtulerant. Sed primum mea, deinde patris tui valetudine, postea curis delegati a vobis officii retentus, nunc videor commodissime posse in rem praesentem excurrere. Nam et menstruum meum kalendis Septembribus finitur, et sequens mensis complures dies feriatos habet.
4 Rogo ergo ante omnia permittas mihi opus quod incohaturus sum exornare et tua statua; deinde, ut hoc facere quam maturissime possim, indulgeas com-
5 meatum. Non est autem simplicitatis meae dissimulare apud bonitatem tuam obiter te plurimum collaturum utilitatibus rei familiaris meae. Agrorum enim, quos in eadem regione possideo, locatio, cum alioqui cccc excedat, adeo non potest differri, ut proximum putationem novus colonus facere debeat. Praeterea continuae sterilitates cogunt me de remissionibus cogitare; quarum rationem nisi prae-
6 sens inire non possum. Debebo² ergo, domine, indulgentiae tuae et pietatis³ meae celeritatem et status ordinationem, si mihi ob utraque haec dederis commeatum xxx dierum. Neque enim angustius tempus praefinire possum, cum et municipium et agri de quibus loquor sint ultra centesimum et quinquagesimum lapidem.

¹ honorem *Cortius*: honore *Ia*.

² debebo *Gronovius*: debeo *Ia*.

³ pietatis *Gronovius*: -tati *Ia*.

¹ See III. 4 and IV. 1.

I could set up a temple¹ at my own expense, and they had honoured my proposal by leaving the choice of a site to me. But first my own ill-health, then your father's illness, and subsequently the responsibilities of the post you have both assigned me,² have caused delays, so that this seems the first convenient opportunity for me to go there in person. My month on duty finishes at the end of August, and there are a great many public holidays in September.

I pray you then first to permit me to add your statue to the others which will adorn the temple I propose to build, then to grant me leave of absence so that it can be built as soon as possible. But I should fail in sincerity if I concealed from your kindness the fact that my personal affairs will incidentally benefit very much. The farms I own in the district bring in more than 400,000 sesterces, and I cannot postpone letting them, especially as the new tenants should be there to see to the pruning of the vines, and this must be done soon. Moreover, the series of bad harvests we have had are forcing me to consider reducing rents, and I cannot calculate these unless I am on the spot.

If then, Sir, you will grant me thirty days' leave of absence on both accounts, I shall be indebted to your generosity both for the speedy accomplishment of my act of loyalty and the setting in order of my private affairs. I cannot manage with less than a month, as the town and farms I am talking about are more than 150 miles from Rome.

² The letter must be written in summer 98 or 99, when Pliny was *praefectus aerarii Saturni* and Trajan was absent in Germany and Pannonia.

THE LETTERS OF PLINY

IX

TRAIANUS PLINIO

ET multas et omnes¹ publicas causas petendi commeatus reddidisti; mihi autem vel sola voluntas tua suffecisset. Neque enim dubito te, ut primum potueris, ad tam districtum officium reversurum. Statuam poni mihi a te eo quo desideras loco, quamquam eius modi honorum parcissimus tamen patior, ne impedisse cursum erga me pietatis tuae videar.

X

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 EXPRIMERE, domine, verbis non possum, quanto me gaudio adfecerint epistulae tuae, ex quibus cognovi te Arpocrati, iatraliptae meo, et Alexandriam civitatem tribuisse, quamvis secundum institutionem principum non temere eam dare proposuisses. Esse autem Arpocran *νομοῦ Μεμφίτου* indico tibi.
- 2 Rogo ergo, indulgentissime imperator, ut mihi ad Pompeium Plantam praefectum Aegypti amicum tuum, sicut promisisti, epistulam mittas. Obviam iturus, quo maturius, domine, exoptatissimi² adventus tui gaudio frui possim, rogo permittas mihi quam longissime occurrere tibi.

¹ et multas et omnes *Ia*: et privatas multas *Cat.*²

² exoptatissimi *Gronovius*: -ime *Ia*.

¹ For Trajan's reluctance to permit statues of himself, see *Pan.* 52. 3.

² From Germany and Pannonia in late summer 99; cf. *Pan.* 20-2.

IX

TRAJAN TO PLINY

You have given me many reasons, as well as every official explanation, for your application for leave of absence, though I should have been satisfied with the mere expression of your wishes. I do not doubt that you will return as soon as possible to your exacting official duties.

You have my permission to set up my statue in the place you have chosen for it; I am generally very reluctant to accept honours of this kind, but I do not wish it to seem that I have put any check on your loyal feelings towards me.¹

X

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

Words cannot express my gratitude, Sir, for your letter telling me that you have given my therapist Arpocras the additional grant of Alexandrian citizenship, although you had intended to follow the rule of your predecessors and grant it only in special cases. I now inform you that his district is Memphis. I pray you then, gracious Emperor, to send me your promised letter to Pompeius Planta, the prefect of Egypt.

I hope to meet you, Sir, to enjoy the sooner the pleasure of your return² which is eagerly awaited here; I beg your permission to join you as far out from Rome as I can go.

THE LETTERS OF PLINY

XI

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 PROXIMA infirmitas mea, domine, obligavit me
Postumio Marino medico; cui parem gratiam referre
beneficio tuo possum, si precibus meis ex consuetu-
2 dine bonitatis tuae indulseris. Rogo ergo, ut
propinquis eius des civitatem, Chrysippo Mithridatis
uxorique Chrysippi, Stratonicae Epigoni, item liberis
eiusdem Chrysippi, Epigono et Mithridati, ita ut sint
in patris potestate utque iis in libertos servetur ius
patronorum. Item rogo indulgeas ius Quiritium L.
Satrio Abascanto et P. Caesio Phosphoro et Pan-
chariae Soteridi; quod a te volentibus patronis peto.

XII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 SCIO, domine, memoriae tuae, quae est bene
faciendi tenacissima, preces nostras inhaerere. Quia
tamen in hoc quoque indulxisti, admoneo simul et
2 impense rogo, ut Attium¹ Suram praetura exornare
digneris, cum locus vacet. Ad quam spem alioqui
quietissimum hortatur et natalium splendor et
summa integritas in paupertate et ante omnia felicitas

¹ Attium I: Accium a.

XI

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

MY recent illness, Sir, put me under an obligation to my doctor, Postumius Marinus, to whom I can make an adequate return with your help, if you will grant my petition with your usual kindness. I pray you therefore to confer citizenship on his relatives, Chrysippus, son of Mithridates, and Stratonice, the wife of Chrysippus, daughter of Epigonus, and on Chrysippus's two sons, Epigonus and Mithridates, while remaining under their father's authority with the further privilege of retaining the rights of a patron over their freedmen. I pray you further to grant full Roman citizenship to Lucius Satrius Abascantus, Publius Caesius Phosphorus, and Pancharia Soteris; I make this request at the desire of their patrons.

XII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

I KNOW, Sir, that my petitions are not forgotten, for your memory never lets an opportunity pass for doing good. But as you have hitherto shown me indulgence, may I remind you and at the same time add urgency to my request that you honour Attius Sura with a praetorship now that there is a vacancy? This is his only ambition, and it is fostered by the distinction of his family, his honourable conduct in times of poverty, and, above all, by the happiness of

THE LETTERS OF PLINY

temporum, quae bonam conscientiam civium tuorum ad usum indulgentiae tuae provocat et attollit.

XIII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

CUM sciam, domine, ad testimonium laudemque morum meorum pertinere tam boni principis iudicio exornari, rogo dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum vel septemviratum, quia vacant, adicere digneris, ut iure sacerdotii precari deos pro te publice possim, quos nunc precor pietate privata.

XIV

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

VICTORIAE tuae, optime imperator, maximae, pulcherrimae, antiquissimae et tuo nomine et rei publicae gratulor, deosque immortales precor, ut omnes cogitationes tuas tam laetus sequatur eventus, cum virtutibus tantis gloria imperii et novetur et augeatur.

¹ Pliny became augur in 103 (cf. IV. 8) so this letter was addressed to Trajan during his absence in the First Dacian War.

² In Dacia, either in 102 or 106.

BOOK X. XII. 2—XIV. 1

your reign which encourages any of your subjects who know their own merit to hope that they may benefit by your kind interest.

XIII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

I AM well aware, Sir, that no higher tribute can be paid to my reputation than some mark of favour from so excellent a ruler as yourself. I pray you, therefore, to add to the honours to which I have been raised by your kindness by granting me a priesthood, either that of augur¹ or member of the septemvirate as there is a vacancy in both orders. By virtue of my priesthood I could then add official prayers on your behalf to those I already offer in private as a loyal citizen.

XIV

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

MAY I congratulate you, noble Emperor, in your own name and that of the State, on a great and glorious victory² in the finest tradition of Rome? I pray the gods to grant that all your designs meet with such a happy issue, and that the glory of your Empire be renewed and enhanced by your outstanding virtues.

THE LETTERS OF PLINY

XV

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

QUIA confido, domine, ad curam tuam pertinere, nuntio tibi me Ephesum cum omnibus meis ὑπὲρ Μαλέαν navigasse quamvis contrariis ventis retentum.¹ Nunc destino partim orariis navibus, partim vehiculis provinciam petere. Nam sicut itineri graves aestus, ita continuæ navigationi etesiae reluctantur.

XVI

TRAIANUS PLINIO

RECTE renuntiasti, mi Secunde carissime. Pertinet enim ad animum meum, quali itinere provinciam pervenias. Prudenter autem constituis interim navibus, interim vehiculis uti, prout loca suaserint.

XVII A

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 SICUT saluberrimam navigationem, domine, usque Ephesum expertus ita inde, postquam vehiculis iter facere coepi, gravissimis aestibus atque etiam febr-

¹ retentum. *H. Stephanus: retentus, Ia.*

¹ The more usual route to Asia Minor was through the Corinthian Gulf.

² *i.e.* the prevailing north winds blowing from July to September.

XV

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

I FEEL sure, Sir, that you will be interested to hear that I have rounded Cape Malea¹ and arrived at Ephesus with my complete staff, after being delayed by contrary winds. My intention now is to travel on to my province partly by coastal boat and partly by carriage. The intense heat prevents my travelling entirely by road and the prevailing Etesian winds make it impossible to go all the way by sea.²

XVI

TRAJAN TO PLINY

You did well to send me news, my dear Pliny, for I am much interested to know what sort of journey you are having to your province. You are wise to adapt yourself to local conditions and travel either by boat or carriage.

XVII A

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

I KEPT in excellent health, Sir, throughout my voyage to Ephesus, but I found the intense heat very trying when I went on to travel by road and developed a touch of fever which kept me at Pergamum.³ Then, when I had resumed my journey

³ Pergamum is about 80 miles N. of Ephesus and over 20 miles from the sea, which suggests that Pliny had originally intended to continue overland to Prusa.

THE LETTERS OF PLINY

2 culis vexatus Pergami substiti. Rursus, cum transissem in orarias nauculas,¹ contrariis ventis retentus aliquanto tardius quam speraveram, id est xv kal. Octobres, Bithyniam intravi. Non possum tamen de mora queri, cum mihi contigerit, quod erat auspiciatis-
3 simum, natalem tuum in provincia celebrare. Nunc rei publicae Prusensium impendia, reditus, debitores excutio; quod ex ipso tractatu magis ac magis necessarium intellego. Multae enim pecuniae variis ex causis a privatis detinentur; praeterea quaedam
4 minime legitimis sumptibus erogantur. Haec tibi, domine, in ipso ingressu meo scripsi.

XVII B

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 QUINTO decimo kal. Octob., domine, provinciam intravi, quam in eo obsequio, in ea erga te fide, quam
2 de genere humano mereris, inveni. Dispice, domine, an necessarium putes mittere huc mensorem. Videntur enim non mediocres pecuniae posse revocari a curatoribus operum, si mensurae fideliter agantur. Ita certe prospicio ex ratione Prusensium, quam cum maxime tracto.

¹ nauculas *Mynors*: naviculas *Ia*.

¹ He would have left this boat at Cyzicus and taken the coastal road via Apollonia to Prusa.

² 18 September; cf. *Pan.* 92. 4, and note.

by coastal boat,¹ I was further delayed by contrary winds, so that I did not reach Bithynia until 17 September. I had hoped to arrive earlier, but I cannot complain of the delay as I was in time to celebrate your birthday² in my province, and this should be a good omen.

I am now examining the finances of the town of Prusa, expenditure, revenues, and sums owing, and finding the inspection increasingly necessary the more I look into their accounts; large sums of money are detained in the hands of private individuals for various reasons, and further sums are paid out for quite illegal purposes, I am writing this letter, Sir, immediately after my arrival here.³

XVII B

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

I ENTERED my province, Sir, on 17 September, and found there the spirit of obedience and loyalty which is your just tribute from mankind.

Will you consider, Sir, whether you think it necessary to send out a land surveyor? Substantial sums of money could, I think, be recovered from contractors of public works if we had dependable surveys made. I am convinced of this by the accounts of Prusa, which I am handling with all possible care.

³ Note that on financial matters of this kind Pliny reports progress and seeks no advice.

THE LETTERS OF PLINY

XVIII

TRAIANUS PLINIO

- 1 CUPEREM sine querela corpusculi tui et tuorum pervenire in Bithyniam potuisses, ac simile tibi iter ab Epheso ei¹ navigationi fuisset, quam expertus
- 2 usque illo eras. Quo autem die pervenisses in Bithyniam, cognovi, Secunde carissime, litteris tuis. Provinciales, credo, prospectum sibi a me intellegent. Nam et tu dabis operam, ut manifestum sit illis electum te esse, qui ad eosdem mei loco mittereris.
- 3 Rationes autem in primis tibi rerum publicarum excutiendae sunt; nam et esse eas vexatas satis constat. Menses vix etiam iis operibus, quae aut Romae aut in proximo fiunt, sufficientes habeo; sed in omni provincia inveniuntur, quibus credi possit, et ideo non deerunt tibi, modo velis diligenter excutere.

XIX

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 Rogo, domine, consilio me regas haesitantem, utrum per publicos civitatum servos, quod usque

¹ ei *Catanaeus*: et *I*: ut *a*.

¹ As *legatus propraetore Ponti et Bithyniae consulari potestate*, by direct appointment of Trajan; cf. S. 230. Not to be confused with the post of *corrector* (as Maximus in Achaia, VIII. 24) whose duties were confined to finance, working alongside the regular governor.

XVIII

TRAJAN TO PLINY

I WISH you could have reached Bithynia without any illness yourself or in your party, and that your journey from Ephesus had been as easy as your voyage there. The date of your arrival in Bithynia, my dear Pliny, I have noted from your letter. The people there will appreciate, I think, that I am acting in their own interests, and you too will see that it is made clear to them that you were chosen as my representative for a special mission.¹ Your first task must be to inspect the accounts of the various towns, as they are evidently in confusion.

As for land surveyors, I have scarcely enough for the public works in progress in Rome or in the neighbourhood,² but there are reliable surveyors to be found in every province and no doubt you will not lack assistance if you will take the trouble to look for it.

XIX

5 coepit, contra Dion ut audiretur exigere. Dicta sunt utrimque multa, etiam de causa. Ego cum dandam dilationem et <te>¹ consulendum existimarem in re ad exemplum pertinenti, dixi utrique parti ut postulationum suarum libellos darent. Volebam enim te ipsorum potissimum verbis ea quae erant
6 proposita cognoscere. Et Dion quidem se daturum dixit. Eumolpus respondit complexurum se libello quae rei publicae peteret, ceterum quod ad sepultos pertineret non accusatorem se sed advocatum Flavi Archippi, cuius mandata pertulisset. Archippus, cui Eumolpus sicut †Prusiade†² adsistebat, dixit se libellum daturum. At nec Eumolpus nec Archippus quam<quam>³ plurimis diebus exspectati adhuc mihi libellos dederunt; Dion dedit, quem huic epistulae
7 iunxi. Ipse in re praesenti fui et vidi tuam quoque statuam in bibliotheca positam, id autem in quo dicuntur sepulti filius et uxor Dionis in area col-
8 locatum, quae porticibus includitur. Te, domine, rogo ut me in hoc praecipue genere cognitionis regere digneris, cum alioqui magna sit exspectatio, ut necesse est⁴ in ea re quae et in confessum venit et exemplis defenditur.

LXXXII

TRAIANUS PLINIO

1 POTUISTI non haerere, mi Secunde carissime, circa id de quo me consulendum existimasti, cum pro-

¹ te add. *G. H. Schaefer*: om. *Aa.*

² See *Ep* 58. 5 and note. Prusa is the town meant.

³ quamquam *Keil*: quam *Aa.*

⁴ est *Orelli*: sit *A et a.*

whereas Dio demanded an immediate hearing. After much argument on both sides, some of it referring to the actual case, I decided to grant an adjournment in order to ask your advice, as the case is likely to create a precedent. I told both parties to present their demands in writing as I wanted to enable you to judge their statements from their own words. Dio agreed to do this, but Eumolpus said he would confine his written statement to his request for accounts made on behalf of his town; as regards the bodies of Dio's relatives, he said that he was not instigating any charge, but was representing Flavius Archippus and carrying out his instructions. Archippus, who was supported by Eumolpus here as at Prusa, then said that he would draw up the statement himself. I have waited several days, but neither Archippus nor Eumolpus has given me any statement up to now. Dio has handed in the statement which I am sending with this letter.

I have visited the building myself, and have seen your statue in position in a library; the alleged burial-place of Dio's wife and son is in an open space surrounded by a colonnade. I pray you, Sir, to think fit to guide me, especially in an inquiry of this kind; it has aroused great public interest, as is inevitable when the facts are admitted and defended by precedents on both sides.

LXXXII

TRAJAN TO PLINY

You need not have had any doubts, my dear Pliny, about the matter on which you thought it necessary

THE LETTERS OF PLINY

positum meum optime nesses, non ex metu nec terrore hominum aut criminibus maiestatis reverentiam 2 nomini meo adquiri. Omissa ergo ea quaestione, quam non admitterem etiam si exemplis adiuveretur, ratio totius operis effecti sub cura¹ Cocceiani Dionis excutiatur, cum et utilitas civitatis exigat nec aut recuset Dion aut debeat recusare.

LXXXIII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

ROGATUS, domine, a Nicaeensibus publice per ea, quae mihi et sunt et debent esse sanctissima, id est per aeternitatem tuam salutemque, ut preces suas ad te perferrem, fas non putavi negare acceptumque ab iis libellum huic epistulae iunxi.

LXXXIV

TRAIANUS PLINIO

NICAEENSIBUS, qui intestatorum civium suorum concessam vindicationem bonorum a divo Augusto adfirmant, debes vacare contractis omnibus per-

¹ cura Keil: curatura Orelli: cura tua Aa.

¹ Cf. *Pan.* 42. 1. The charge had not in fact been made under the *lex maiestatis* but had been treated by Pliny as an open problem.

² *i.e.* it was to go by the *cursus publicus* to avoid the expense of sending a delegate.

to consult me. You know very well that it is my fixed rule not to gain respect for my name either from people's fears and apprehensions or from charges of treason.¹ You must dismiss this side of the question, which I would not tolerate even if it has precedents to support it, and then see that Dio Cocceianus produces accounts for all the work carried out under his management as the public interest demands. Dio ought not to object and in fact has not done so.

LXXXIII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

THE people of Nicaea, Sir, have officially charged me by your immortal name and prosperity, which I must ever hold most sacred, to forward their petition to you. I felt that I could not rightly refuse, and so it has been handed to me to dispatch with this letter.²

LXXXIV

TRAJAN TO PLINY

THE Nicaeans state that they have the right granted by the deified Emperor Augustus to claim the property of any of the citizens of Nicaea who die intestate.³ You must therefore examine this

³ Contrast the law in Rome, where every effort was made to trace heirs, and only when these failed was the property claimed by the *aerarium*.

THE LETTERS OF PLINY

sonis ad idem negotium pertinentibus, adhibitis Viridio Gemellino et Epimacho liberto meo procuratoribus, ut aestimatis etiam iis, quae contra dicuntur, quod optimum credideritis, statuatis.

LXXXV

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

MAXIMUM libertum et procuratorem tuum, domine, per omne tempus, quo fuimus una, probum et industrium et diligentem ac sicut rei tuae amantissimum ita disciplinae tenacissimum expertus, libenter apud te testimonio prosequor, ea fide quam tibi debeo.

LXXXVI A

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

GAVIUM BASSUM, domine, praefectum orae Ponticae integrum probum industrium atque inter ista reverentissimum mei expertus, voto pariter et suffragio prosequor, ea fide quam tibi debeo.

¹ The procurators are to act as assessors to aid Pliny in the inquiry.

² Cf. *Epp.* 27-8 for Maximus. This is his testimonial as he leaves the province.

assertion with care, summon all the persons concerned, and call on the procurators Virdius Gemellinus and Epimachus, my freedman, to help you; so that after weighing their arguments against those on the other side you can reach the best decision.¹

LXXXV

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

YOUR freedman and procurator Maximus,² throughout the time we have been associated, has always proved honest, hard-working, and conscientious, as devoted to your interests, Sir, as he is a strict maintainer of discipline. I gladly give him this testimonial in all good faith, as demanded by my duty to you.

LXXXVI A

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

GAVIUS BASSUS,³ Sir, the prefect of the Pontic Shore, has always proved high-principled, honest, and hard-working in his official duties, and has shown me every respect. I give him my full support and recommendation, in all good faith, as demanded by my duty to you.

³ Cf. *Ep.* 21 for Gavius Bassus.

THE LETTERS OF PLINY

LXXXVI B

<C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI>

1. . . †quam ea quae speret †instructum commilitio tuo, cuius disciplinae debet, quod indulgentia tua dignus est. Apud me et milites et pagani, a quibus iustitia eius et humanitas penitus inspecta est, certatim ei qua privatim qua publice testimonium perhibuerunt.² Quod in notitiam tuam perfero, ea fide quam tibi debeo.

LXXXVII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 Nymphidium Lupum, domine, primipilarem commilitonem habui, cum ipse tribunus essem ille praefectus: inde familiariter diligere coepi. Crevit postea caritas ipsa mutuae vetustate amicitiae.
- 2 Itaque et quieti eius inieci manum et exegi, ut me in Bithynia consilio instrueret. Quod ille amicissime et otii et senectutis ratione postposita et iam fecit et
- 3 facturus est. Quibus ex causis necessitudines eius inter meas numero, filium in primis, Nymphidium Lupum, iuvenem probum industrium et egregio patre dignissimum, suffecturum indulgentiae tuae, sicut primis eius experimentis cognoscere potes, cum

¹ *initium novae epistulae ita constituit Cat.*¹: Fabium Valentem instr. comm. tuo valde probo, cuius . . .

² perhibuerunt *Hardy*: pertrib. *Aa*.

¹ Either a substantial part of this letter is lost, or we may tentatively accept the reading in Catanaeus's 1st edition:

LXXXVI B

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

I WARMLY recommend. . . .¹ He has served in the army under you, and to this training he owes any claim he has on your generosity. While I have been here both soldiers and civilians, who have had close experience of his justice and humanity, have vied with each other to pay personal and public tribute to him. I bring these facts to your notice in all good faith, as demanded by my duty to you.

LXXXVII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

NYPHIDIUS LUPUS, Sir, the former chief centurion and I were in the army together, when he was commanding a cohort and I was a tribune. I liked him very much from the start, and our friendship begun then has increased in warmth with the passage of time. I therefore sent him a summons to bring him out of retirement and induce him to join me in Bithynia as my assessor. Like a good friend he postponed his plans for a peaceful old age and consented; and he intends to remain with me. Consequently, I look upon his relatives as my own, especially his son Nymphidius Lupus, an honest, hard-working young man, well worthy of his excellent father. He will prove equal to any mark of your favour, as you may judge from his first military appointment as which S-W (p. 682) thinks is the best reconstruction. For Fabius Valens, see IV. 24.

THE LETTERS OF PLINY

praefectus cohortis plenissimum testimonium meruerit Iuli Ferocis et Fusci Salinatoris clarissimorum virorum. Meum gaudium, domine, meamque gratulationem filii honore cumulabis.¹

LXXXVIII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Opto, domine, et hunc natalem et plurimos alios quam felicissimos agas aeternaque laude florentem virtutis tuae gloriam et² incolumis et fortis aliis super alia operibus augebis.

LXXXIX

TRAIANUS PLINIO

AGNOSCO vota tua, mi Secunde carissime, quibus precaris, ut plurimos et felicissimos natales florente statu rei publicae nostrae agam.

XC

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 SINOPENSES, domine, aqua deficiuntur; quae videtur et bona et copiosa ab sexto decimo miliario

¹ cumulabis *Maginness*: continerent *Aa*: -ebis *i Cat.*

² et *Cat.*²: *del. Keil*: quam *Aa*.

¹ The son of a successful leading centurion would start his career with an equestrian military appointment at the age of about 30.

commander of a cohort,¹ for which he has won the highest praise from the distinguished senators, Julius Ferox and Fuscus Salinator. Any promotion which you confer on my friend's son, Sir, will give me also an occasion for personal rejoicing.

LXXXVIII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

It is my prayer, Sir, that this birthday² and many others to come will bring you the greatest happiness, and that in health and strength you may add to the immortal fame and glory of your reputation by ever new achievements.

LXXXIX

TRAJAN TO PLINY

I WRITE in acknowledgement of your prayers, my dear Pliny, that I may spend many birthdays made happy by the continued prosperity of our country.

XC

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

THE town of Sinope,³ Sir, is in need of a water supply. I think there is plenty of good water which

² 18 September.

³ The former capital of Mithridates Eupator, King of Pontus, now a *civitas libera* with a Roman colony alongside; cf. Apamea in *Ep.* 47.

THE LETTERS OF PLINY

posse perduci. Est tamen statim ab capite paulo amplius passus mille locus suspectus et mollis, quem ego interim explorari¹ modico impendio iussi, an² recipere et sustinere opus possit. Pecunia curantibus nobis contracta non deerit, si tu, domine, hoc genus operis et salubritati et amoenitati valde sitientis coloniae indulseris.

XCI

TRAIANUS PLINIO

Ut coepisti, Secunde carissime, explora diligenter, an locus ille quem suspectum habes sustinere opus aquae ductus possit. Neque dubitandum puto, quin aqua perducenda sit in coloniam Sinopensem, si modo et viribus suis adsequi potest, cum plurimum ea res et salubritati et voluptati eius collatura sit.

XCII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

AMISENORUM civitas libera et foederata beneficio indulgentiae tuae legibus suis utitur. In hac datum mihi libellum ad ἐπάνουσ pertinentem his litteris subieci, ut tu, domine, dispiceres quid et

¹ explorari *Gesner*: -are *Aa*.

¹ Amisus was made *libera* by Caesar, and a *foedus* would normally date back to an early stage of Roman expansion.

could be brought from a source sixteen miles away, though there is a doubtful area of marshy ground stretching for more than a mile from the spring. For the moment I have only given orders for a survey to be made, to find out whether the ground can support the weight of an aqueduct. This will not cost much, and I will guarantee that there will be no lack of funds so long as you, Sir, will approve a scheme so conducive to the health and amenities of this very thirsty city.

XC I

TRAJAN TO PLINY

SEE that the survey you have begun is thoroughly carried out, my dear Pliny, and find out whether the ground you suspect can support the weight of an aqueduct. There can be no doubt, I think, that Sinope must be provided with a water supply, so long as the town can meet the expense out of its own resources. It will contribute a great deal to the health and happiness of the people.

XC II

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

THE free and confederate city of Amisus enjoys, with your permission,¹ the privilege of administering its own laws. I am sending with this letter a petition handed to me there which deals with the subject of

Perhaps Trajan confirmed in some way the city's privileges ensured by this formal treaty of alliance.

THE LETTERS OF PLINY

quatenus aut permittendum aut prohibendum putares.

XCIII

TRAIANUS PLINIO

AMISENOS, quorum libellum epistolae tuae iunxeras, si legibus istorum, quibus beneficio¹ foederis utuntur, concessum est erant habere, possumus quo minus habeant non impedire, eo facilius si tali collatione non ad turbas et ad illicitos coetus, sed ad sustinendam tenuiorum inopiam utuntur. In ceteris civitatibus, quae nostro iure obstrictae sunt, res huius modi prohibenda est.

XCIV

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 SUETONIUM TRANQUILLUM, probissimum honestissimum eruditissimum virum, et mores eius secutus et studia iam pridem, domine, in contubernium adsumpsi, tantoque magis diligere coepi quanto nunc² propius inspexi. Huic ius trium liberorum necessarium faciunt duae causae; nam et iudicia amicorum promeretur et parum felix matrimonium expertus est, impetrandumque a bonitate tua per nos habet quod

¹ beneficio *Kukula*: de officio *Aa*.

² nunc *von Winterfeld*: hunc *Aa*: *del. Keil*.

¹ The reading *nunc* suggests that he is with P. in Bithynia, perhaps as a member of his staff.

benefit societies, so that you, Sir, may decide whether and to what extent these clubs are to be permitted or forbidden.

XCIII

TRAJAN TO PLINY

IF the citizens of Amisus, whose petition you send with your letter, are allowed by their own laws, granted them by formal treaty, to form a benefit society, there is no reason why we should interfere: especially if the contributions are not used for riotous and unlawful assemblies, but to relieve cases of hardship among the poor. In all other cities which are subject to our own law these institutions must be forbidden.

XCIV

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

SUETONIUS TRANQUILLUS, Sir, is not only a very fine scholar but also a man of the highest integrity and distinction. I have long admired his character and literary abilities, and since he became my close friend, and I now have an opportunity to know him intimately,¹ I have learned to value him the more.

There are two reasons why he needs the privileges granted to parents of three children: his friends could then effectively express their recognition of his merits, and, as his marriage has not been blessed with children, he can only look to your generosity, at my suggestion, for the benefits which the cruelty of

THE LETTERS OF PLINY

3 illi fortunae malignitas denegavit. Scio, domine, quantum beneficium petam, sed peto a te cuius in omnibus desideriis meis indulgentiam experior. Potes enim colligere quanto opere cupiam, quod non rogarem absens si mediocriter cuperem.

XCv

TRAIANUS PLINIO

QUAM parce haec beneficia tribuam, utique, mi Secunde carissime, haeret tibi, cum etiam in senatu adfirmare soleam non excessisse me numerum, quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum. Tuo tamen desiderio subscripsi et dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea condicione, qua adsuevi, referri in commentarios meos iussi.

XCvi

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 SOLLEMNE est mihi, domine, omnia de quibus dubito ad te referre. Quis enim potest melius vel cunctationem meam regere vel ignorantiam instruere? Cognitionibus de Christianis interfui num-

¹ What exactly these were is not known. Perhaps the grant was revocable on re-marriage (S-W, p. 691).

² For this celebrated exchange of letters, see Tertullian, *Apology* II. 6-10, and Eusebius, *Hist. Eccl.* III. 33; for trials of Christians, see Eusebius, IV. 15, V. 1, etc. Note that P.

fortune has denied him. I know, Sir, what a great favour I am asking, but remember from experience your kindness hitherto in granting my wishes; and you may judge how much this means to me by the fact that I should not make such a request during my absence abroad did I not have it much at heart.

XCV

TRAJAN TO PLINY

You are certainly well aware, my dear Pliny, that I grant these favours sparingly, seeing that I have often stated in the Senate that I have not exceeded the number which I said would meet my wishes when I first addressed its distinguished members. I have, however, granted your request and issued instructions that it is to be officially recorded that I have conferred on Suetonius Tranquillus the privileges granted to parents of three children, on my usual terms.¹

XCVI

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN²

It is my custom to refer all my difficulties to you, Sir, for no one is better able to resolve my doubts and to inform my ignorance.

I have never been present at an examination³ of first executes Christians for their *contumacia*, then has doubts and seeks advice; but the charge is never that of *maiestas*.

³ The term *cognitio* indicates that this was a formal trial presided over by the holder of *imperium*, assisted by a *consilium*; cf. the court at Centum Cellae, VI. 31.

THE LETTERS OF PLINY

quam: ideo nescio quid et quatenus aut puniri soleat
2 aut quaeri. Nec mediocriter haesitavi, sitne aliquod
discrimen aetatum, an quamlibet teneri nihil a robu-
stioribus differant; detur paenitentiae venia, an ei,
qui omnino Christianus fuit, desisse non prosit;
nomen ipsum, si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia
nomini puniantur. Interim, <in>¹ iis qui ad me
tamquam Christiani deferebantur, hunc sum secutus
3 modum. Interrogavi ipsos an essent Christiani.
Confitentes iterum ac tertio interrogavi supplicium
minatus: perseverantes duci iussi. Neque enim
dubitabam, quaecumque esset quod faterentur,
pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem
4 debere puniri. Fuerunt alii similis amentiae, quos,
quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remit-
tendos.

Mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se
5 crimine plures species inciderunt. Propositus est
libellus sine auctore multorum nomina continens.
Qui negabant² esse se Christianos aut fuisse, cum

¹ in *add. Cat.*²: *om. Aa.*

² negabant *Keil*: negant *Aa*: negarent *Casaubon*.

¹ Action taken by the Romans against foreign cults was usually directed against their associated *flagitia*; Pliny's concern is with what the Christian apologists called *accusatio nominis*, i.e. membership of the cult, approved by Trajan in his reply. See S-W, Appendix V, pp. 772 ff.

² It is not clear whether P. was obliged to do this, whether or no those charged had (like St. Paul) exercised their right to appeal (*provocatio*), but it was probably the custom to do so.

Christians. Consequently, I do not know the nature or the extent of the punishments usually meted out to them, nor the grounds for starting an investigation and how far it should be pressed. Nor am I at all sure whether any distinction should be made between them on the grounds of age, or if young people and adults should be treated alike; whether a pardon ought to be granted to anyone retracting his beliefs, or if he has once professed Christianity, he shall gain nothing by renouncing it; and whether it is the mere name of Christian which is punishable, even if innocent of crime, or rather the crimes associated with the name.¹

For the moment this is the line I have taken with all persons brought before me on the charge of being Christians. I have asked them in person if they are Christians, and if they admit it, I repeat the question a second and third time, with a warning of the punishment awaiting them. If they persist, I order them to be led away for execution; for, whatever the nature of their admission, I am convinced that their stubbornness and unshakeable obstinacy ought not to go unpunished. There have been others similarly fanatical who are Roman citizens. I have entered them on the list of persons to be sent to Rome for trial.²

Now that I have begun to deal with this problem, as so often happens, the charges are becoming more widespread and increasing in variety. An anonymous pamphlet has been circulated which contains the names of a number of accused persons. Among these I considered that I should dismiss any who denied that they were or ever had been Christians

THE LETTERS OF PLINY

praeunte me deos adpellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum adferri, ture ac vino supplicarent, praeterea male dicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur
6 qui sunt re vera Christiani, dimittendos putavi. Alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt et mox negaverunt; fuisse quidem sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti. <Hi> quoque¹ omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt et
7 Christo male dixerunt. Adfirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi deo dicere secum invicem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta ne latrocinia ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum adpellati abnegarent. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetaerias
8 esse vetueram. Quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere. Nihil aliud inveni quam superstitionem pravam et² immodicam.

¹ viginti. Hi quoque *Keil*: viginti quoque *Aa*.

² et *a*: *om. A*.

¹ For a full discussion on this evidence for the services of the early Church, see S-W, pp. 702 ff. The morning service seems to be one of prayer and reading, the evening one the

when they had repeated after me a formula of invocation to the gods and had made offerings of wine and incense to your statue (which I had ordered to be brought into court for this purpose along with the images of the gods), and furthermore had reviled the name of Christ: none of which things, I understand, any genuine Christian can be induced to do.

Others, whose names were given to me by an informer, first admitted the charge and then denied it; they said that they had ceased to be Christians two or more years previously, and some of them even twenty years ago. They all did reverence to your statue and the images of the gods in the same way as the others, and reviled the name of Christ. They also declared that the sum total of their guilt or error amounted to no more than this:¹ they had met regularly before dawn on a fixed day to chant verses alternately among themselves in honour of Christ as if to a god, and also to bind themselves by oath, not for any criminal purpose, but to abstain from theft, robbery and adultery, to commit no breach of trust and not to deny a deposit when called upon to restore it. After this ceremony it had been their custom to disperse and reassemble later to take food of an ordinary, harmless kind; but they had in fact given up this practice since my edict, issued on your instructions, which banned all political societies. This made me decide it was all the more necessary to extract the truth by torture from two slave-women, whom they call deaconesses. I found nothing but a degenerate sort of cult carried to extravagant lengths.

combined Eucharist and *Agape*. It is the latter which comes under the ban on *collegia* (cf. X. 34).

THE LETTERS OF PLINY

Ideo dilata cognitione ad consulendum te decucurri.
9 Visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum et vocabuntur. Neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est; quae videtur sisti et
10 corrigi posse. Certe satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari, et sacra sollemnia diu intermissa repeti passimque¹ venire <carnem>² victimarum,³ cuius adhuc rarissimus emptor inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit paenitentiae locus.

XCVII

TRAIANUS PLINIO

- 1 ACTUM quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest.
2 Conquirendi non sunt; si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen ut, qui negaverit se Chris-

¹ passimque ai: passumque A: pastumque Beroaldus.

² carnem add. Körte post victimarum: ita Sherwin-White.

³ victimarum cuius A: victimas quarum a.

¹ i.e. the charges must be properly made against individuals by *delatio* and a trial held before the governor. There are to be no mass prosecutions. Note that Trajan never answers Pliny's original question on the extent of punishments.

I have therefore postponed any further examination and hastened to consult you. The question seems to me to be worthy of your consideration, especially in view of the number of persons endangered; for a great many individuals of every age and class, both men and women, are being brought to trial, and this is likely to continue. It is not only the towns, but villages and rural districts too which are infected through contact with this wretched cult. I think though that it is still possible for it to be checked and directed to better ends, for there is no doubt that people have begun to throng the temples which had been almost entirely deserted for a long time; the sacred rites which had been allowed to lapse are being performed again, and flesh of sacrificial victims is on sale everywhere, though up till recently scarcely anyone could be found to buy it. It is easy to infer from this that a great many people could be reformed if they were given an opportunity to repent.

XCVII

TRAJAN TO PLINY

You have followed the right course of procedure, my dear Pliny, in your examination of the cases of persons charged with being Christians, for it is impossible to lay down a general rule to a fixed formula. These people must not be hunted out; if they are brought before you and the charge against them is proved, they must be punished,¹ but in the case of anyone who denies that he is a Christian, and makes

THE LETTERS OF PLINY

tianum esse idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando dis nostris, quamvis suspectus in praeteritum, veniam ex paenitentia impetret. Sine auctore vero propositi libelli <in>¹ nullo crimine locum habere debent. Nam et pessimi exempli nec nostri saeculi est.

XCVIII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 AMASTRIANORUM civitas, domine, et elegans et ornata habet inter praecipua opera pulcherrimam eandemque longissimam plateam; cuius a latere per spatium omne porrigitur nomine quidem flumen, re vera cloaca foedissima, ac sicut turpis immundissimo
2 adspectu, ita pestilens odore taeterrimo. Quibus ex causis non minus salubritatis quam decoris interest eam contegi; quod fiet si permiseris curantibus nobis, ne desit quoque pecunia operi tam magno quam necessario.

XCIX

TRAIANUS PLINIO

RATIONIS est, mi Secunde carissime, contegi aquam istam, quae per civitatem Amastrianorum fluit, si intacta salubritati obest. Pecunia ne huic operi desit, curaturum te secundum diligentiam tuam certum habeo.

¹ in *add. Gierig: om. Aa.*

BOOK X. XCVII. 2-XCIX. I

it clear that he is not by offering prayers to our gods, he is to be pardoned as a result of his repentance however suspect his past conduct may be. But pamphlets circulated anonymously must play no part in any accusation. They create the worst sort of precedent and are quite out of keeping with the spirit of our age.

XCVIII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

AMONG the chief features of Amastris, Sir, (a city which is well built and laid out) is a long street of great beauty. Throughout the length of this, however, there runs what is called a stream, but is in fact a filthy sewer, a disgusting eyesore which gives off a noxious stench. The health and appearance alike of the city will benefit if it is covered in, and with your permission this shall be done. I will see that money is not lacking for a large-scale work of such importance.

XCIX

TRAJAN TO PLINY

THERE is every reason, my dear Pliny, to cover the water which you say flows through the city of Amastris, if it is a danger to health while it remains uncovered. I am sure you will be active as always to ensure that there is no lack of money for this work.

THE LETTERS OF PLINY

C

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

VOTA, domine, priore anno¹ nuncupata alacres laetique persolvimus novaque rursus certante commilitonum et provincialium pietate suscepimus, precati deos ut te remque publicam florentem et incolumem ea benignitate servarent, quam super magnas plurimasque virtutes praecipua sanctitate obsequio deorum honore meruisti.

CI

TRAIANUS PLINIO

SOLVISSE vota dis immortalibus te praeunte pro mea incolumitate commilitones cum provincialibus laetissimo consensu et in futurum nuncupasse libenter, mi Secunde carissime, cognovi litteris tuis.

CII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

DIEM, quo in te tutela generis humani felicissima successione translata est, debita religione celebravimus, commendantes dis imperii tui auctoribus et vota publica et gaudia.

¹ priore anno *Mommsen*: priorum annorum *Aa*.

¹ 3 January; cf. *Ep.* 55.

² 28 January; cf. *Ep.* 52.

BOOK X. c. I-CII. I

C

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

WE have discharged the vows,¹ Sir, renewed last year, amidst general enthusiasm and rejoicing; and have made those for the coming year, your fellow-soldiers and the provincials vying with one another in loyal demonstrations. We have prayed the gods to preserve you and the State in prosperity and safety, and to show you the favour you deserve for your many great virtues, and above all for your sanctity, reverence, and piety.

CI

TRAJAN TO PLINY

I WAS glad to hear from your letter, my dear Pliny, that the soldiers and provincials, amidst general rejoicing, have discharged under your direction their vows to the immortal gods for my safety, and have renewed them for the coming year.

CII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

WE have celebrated with due solemnity the day² on which the security of the human race was happily transferred to your care, commending our public vows and thanksgiving to the gods to whom we owe your authority.

THE LETTERS OF PLINY

CIII

TRAIANUS PLINIO

DIEM imperii mei debita laetitia et religione commilitonibus et provincialibus praeunte te celebratum libenter cognovi litteris tuis.

CIV

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

VALERIUS, domine, Paulinus excepto Paulino¹ ius Latinorum suorum mihi reliquit; ex quibus rogo tuis interim ius Quiritium des. Vereor enim, ne sit immodicum pro omnibus pariter invocare indulgentiam tuam, qua debeo tanto modestius uti, quanto plenior expetitur. Sunt autem pro quibus peto: C. Valerius Astraeus, C. Valerius Dionysius, C. Valerius Aper.

CV

TRAIANUS PLINIO

CUM honestissime iis, qui apud fidem tuam a Valerio Paulino depositi sunt, consultum velis mature per me, iis interim, quibus nunc petisti, dedisse me ius Quiritium referri in commentarios meos iussi idem facturum in ceteris, pro quibus petieris.

¹ Paulino A: uno a.

¹ *Latini Iuniani*; cf. VII. 16. 4. They enjoyed most of the privileges in civil law of full freedmen for their lifetime, but had no power to transmit property, which reverted to their patronus.

² *Ius Quiritium*; cf. *Ep.* 5, and note.

CIII

TRAJAN TO PLINY

I WAS glad to hear from your letter that the day of my accession was celebrated under your direction by my fellow-soldiers and the provincials, with due rejoicing and solemnity.

CIV

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

VALERIUS PAULINUS, Sir, has left a will which passes over his son Paulinus and names me as patron of his Latin freedmen.¹ On this occasion I pray you to grant full Roman citizenship² to three of them only; it would be unreasonable, I fear, to petition you to favour all alike, and I must be all the more careful not to abuse your generosity when I have enjoyed it on so many previous occasions. The names of the three are Gaius Valerius Astraeus, Gaius Valerius Dionysius, and Gaius Valerius Aper.

CV

TRAJAN TO PLINY

YOUR desire to further the interests of the freedmen entrusted to you by Valerius Paulinus does you very great credit. To speed your purpose I have issued instructions that it is to be officially recorded that I have granted full Roman citizenship to the persons mentioned in your letter, and I am prepared to do the same for any others for whom you may ask it.

THE LETTERS OF PLINY

CVI

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

ROGATUS, domine, a P. Accio Aquila, centurione cohortis sextae equestris, ut mitterem tibi libellum per quem indulgentiam pro statu filiae suae implorat, durum putavi negare, cum scirem quantam soleres militum precibus patientiam humanitatemque praestare.

CVII

TRAIANUS PLINIO

LIBELLUM P. Accii Aquilae, centurionis sextae equestris, quem mihi misisti, legi; cuius precibus motus dedi filiae eius civitatem Romanam. Libellum rescriptum,¹ quem illi redderes, misi tibi.

CVIII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 QUID habere iuris velis et Bithynas et Ponticas civitates in exigendis pecuniis, quae illis vel ex locationibus vel ex venditionibus aliisve causis debeantur, rogo, domine, rescribas. Ego inveni a plerisque proconsulibus concessam iis protopraxian

¹ rescriptum *Vidman*: rescripti *Aa*.

¹ Perhaps an illegitimate daughter, or one by a *peregrina*; if the man was a citizen his legitimate children were also citizens.

² Normally the *fiscus* would have a prior claim on a provincial debtor's assets. As usual, P. wants something more definite than proconsular precedent.

BOOK X. CVI. I—CVIII. I

CVI

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

PUBLIUS ACCIUS AQUILA, Sir, a centurion in the sixth cohort in the auxiliary cavalry, has asked me to send you a petition begging your interest in his daughter's citizen status.¹ It was difficult to refuse, especially as I know how readily you give a sympathetic hearing to your soldiers' requests.

CVII

TRAJAN TO PLINY

I HAVE read the petition which you forwarded on behalf of Publius Accius Aquila, centurion of the sixth cohort of cavalry, and have granted his request. I have accordingly given his daughter Roman citizenship and am sending you a copy of the order to hand to him.

CVIII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

I PRAY you, Sir, to tell me what legal rights you wish the cities of Bithynia and Pontus to have in regard to the recovery of money owed to them from contracts for hire or sale, or for any other reason. I find that several of the senatorial governors allowed priority to civic claims, and that this privilege has come to acquire the force of law.²

I think, however, that it would be sound policy for

THE LETTERS OF PLINY

2 eamque pro lege valuisse. Existimo tamen tua providentia constituendum aliquid et sancendum per quod utilitatibus eorum in perpetuum consulatur. Nam quae sunt ab illis instituta, sint licet sapienter indulta, brevia tamen et infirma sunt, nisi illis tua contingit auctoritas.

CIX

TRAIANUS PLINIO

Quo iure uti debeant Bithynae vel Ponticae civitates in iis pecuniis, quae ex quaque causa rei publicae debentur, ex lege cuiusque animadvertendum est. Nam, sive habent privilegium, quo ceteris creditoribus anteponantur, custodiendum est, sive non habent, in iniuriam privatorum id dari a me non oportebit.

CX

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Ecdicus,¹ domine, Amisenorum civitatis petebat apud me a Iulio Pisone denariorum circiter quadraginta milia donata ei publice ante viginti annos bule et ecclesia consentiente, utebaturque mandatis tuis, 2 quibus eius modi donationes vetantur. Piso contra plurima se in rem publicam contulisse ac prope totas facultates erogasse dicebat. Addebat etiam temporis spatium postulabatque, ne id, quod pro multis et

¹ ecdicus *Cat.*²: medicus *Aa.*

you to make some permanent regulation to secure their interests for all time; for any previous concession, however wisely granted, remains only a temporary expedient unless confirmed by your authority.

CIX

TRAJAN TO PLINY

THE legal rights of the cities of Bithynia and Pontus to recover money owed to them for any reason, can only be determined by reference to their individual laws. For if they already possess the privilege of priority over other creditors, it must be maintained; if not, I have no right to grant them it against the interests of private creditors.¹

CX

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

THE public prosecutor of Amisus, Sir, has brought a claim before me against Julius Piso, for the sum of about 40,000 denarii granted to the defendant twenty years previously by joint vote of the local senate and assembly. He based his claim on your instructions which forbid donations of this kind. Piso, on the other hand, declared that he had spent large sums of money on his city and had almost exhausted his means. He also pleaded the lapse of time since the grant, and argued that he should not be compelled

¹ Trajan, as often, prefers local custom to a general ruling; cf. *Epp.* 68, 69, 113.

THE LETTERS OF PLINY

olim accepisset, cum eversione reliquae dignitatis reddere cogeretur. Quibus ex causis integram cognitionem differendam existimavi, ut te, domine, consulerem, quid sequendum putares.

CXI

TRAIANUS PLINIO

SICUT largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita, ne multorum securitas subruatur, factas ante aliquantum temporis retractari atque in irritum vindicari non oportet. Quidquid ergo ex hac causa actum ante viginti annos erit, omittamus. Non minus enim hominibus cuiusque loci quam pecuniae publicae consultum volo.

CXII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 LEX Pompeia, domine, qua Bithyni et Pontici utuntur, eos, qui in bulen a censoribus leguntur, dare pecuniam non iubet; sed ii, quos indulgentia tua quibusdam civitatibus super legitimum numerum adicere permisit, et singula milia denariorum et bina
2 intulerunt. Anicius deinde Maximus proconsul eos etiam, qui a censoribus legerentur, dumtaxat in paucissimis civitatibus aliud aliis iussit inferre.

¹ The *honorarium decurionatus*; cf. the following letter and *Ep.* 39. 5 (Claudiopolis), where Pliny regards it as obligatory.

to refund what had been given him so long ago for his many public services, since it would mean the ruin of his remaining fortunes. I therefore thought that I ought to adjourn the whole case until I could ask you, Sir, for directions on what line to take.

CXI

TRAJAN TO PLINY

It is true that I have issued instructions forbidding public grants of money, but grants made a long time previously ought not to be revoked nor rendered invalid, lest we undermine the position of a great many people. Let us then leave out of consideration any features of this case which date back twenty years, for in every city the interests of individuals are as much my concern as the state of public funds.

CXII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

BITHYNIA and Pontus, Sir, are subject to the code of law drawn up by Pompey, which makes no provision for payment of entrance fees by those elected to the local senate by the censors; but in certain cities, where persons in excess of the legal number have been nominated by your special permission, they have been paying fees of one or two thousand denarii.¹ Subsequently the governor Anicius Maximus, made it a rule (though only in a very few places) that persons elected by the censors should also pay an entrance fee, which varied from city to city.

THE LETTERS OF PLINY

3 Superest ergo, ut ipse dispicias, an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutae legentur, debeant pro introitu dare. Nam, quod in perpetuum mansurum est, a te constitui decet, cuius factis dictisque debetur aeternitas.

CXIII

TRAIANUS PLINIO

HONORARIUM decurionatus omnes, qui in quaque civitate Bithyniae decuriones fiunt, inferre debeant necne, in universum a me non potest statui. Id ergo, quod semper tutissimum est, sequendam cuiusque civitatis legem puto, sed¹ verius² eos, qui invitati³ fiunt decuriones, id existimo acturos, ut praestatione⁴ ceteris praeferantur.⁵

CXIV

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 LEGE, domine, Pompeia permissum Bithynicis civitatibus adscribere sibi quos vellent cives, dum ne quem earum civitatum, quae sunt in Bithynia.

¹ sed *i*: scilicet *Aa*.

² verius *Sherwin-White*: adversus *Aa*.

³ invitati *Sherwin-White*: inviti *Aa*.

⁴ praestatione *Hardy*: praefatio *A*: erogatio *Cat. a*.

⁵ praefantur *i*: -atur *Aa*: praefati ceteris praeferantur *Stout*.

¹ The emendation removes the question of whether this is an early instance of reluctance to accept municipal office (*inviti*). Nerva and Trajan increased the size of the municipal councils of Prusa and Claudiopolis and would hardly have done

It remains then for you to consider whether from now on all persons elected senators should pay a fixed sum as entrance fee; for it is only fitting that a ruling which is to be permanent should come from you, whose deeds and words should live for ever.

CXIII

TRAJAN TO PLINY

It is impossible for me to lay down a general rule whether everyone who is elected to his local senate in every town of Bithynia should pay a fee on entrance or not. I think then that the safest course, as always, is to keep to the law of each city, though as regards fees from senators appointed by invitation,¹ I imagine they will see that they are not left behind the rest in payment.

CXIV

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

THE code of Pompey, Sir, permits the cities of Bithynia to confer their citizenship on anyone they choose, provided that it is not someone who is already a citizen of another Bithynian city.² The same law

so if there were a shortage of willing candidates (*Ep.* 112, *Dio Or.* 45. 7-9). But see G. W. Bowersock quoted in *Phoenix*, XVIII, p. 327 in favour of retaining *inviti*.

² It was Hellenistic practice to confer citizenship on citizens of other towns; Dio of Prusa was also a citizen of Apamea and Nicomedia (*Or.* 38. 1, 41. 2). The *lex Pompeia* overruled this.

THE LETTERS OF PLINY

Eadem lege sancitur, quibus de causis e senatu a
2 censoribus eiciantur. Inde me quidam ex censoribus
consulendum putaverunt, an eicere deberent eum
3 qui esset alterius civitatis. Ego quia lex sicut
adscribi civem alienum vetabat, ita eici e senatu ob
hanc causam non iubebat, praeterea, quod adfirma-
batur mihi in omni civitate plurimos esse buleutas ex
aliis civitatibus, futurumque ut multi homines
multaeque civitates concuterentur ea parte legis,¹
quae iam pridem consensu quodam exolevisset,
necessarium existimavi consulere te, quid servandum
putares. Capita legis his litteris subieci.

CXV

TRAIANUS PLINIO

MERITO haesisti, Secunde carissime, quid a te
rescribi oporteret censoribus consulentibus, an
<manere deberent> in senatu² aliarum civitatum,
eiusdem tamen provinciae cives. Nam et legis aucto-
ritas et longa consuetudo usurpata contra legem in
diversum movere te potuit. Mihi hoc tempera-
mentum eius placuit, ut ex praeterito nihil novaremus,
sed manerent quamvis contra legem adsciti quarum-
cumque civitatum cives, in futurum autem lex
Pompeia observaretur; cuius vim si retro quoque
velimus custodire, multa necesse est perturbari.

¹ ea parte legis *a*: ea pars legis *A*: ea parte legis <reducta>
Sherwin-White.

² manere deberent in senatu *Hardy*: in sen. manere possent
Cat.: an in senatum *A*: an legerent in senatum *ai*.

¹ Cf. 32 and 119 for Trajan's dislike of retrospective rulings.

sets out the reasons for which the censors may remove senators from office. Certain censors have therefore asked my opinion whether or not it is their duty to expel a senator who is a citizen of another city.

But although the law states that such people may not be elected senators, it says nothing about removing them from the senate for this reason. I therefore felt that I must ask you for your view on what ruling I should follow, especially as I am informed that every city has several senators who hold citizenship elsewhere, and many individuals and cities will be seriously affected by the enforcement of a section of the law which by general consent has long since fallen into disuse. I am sending the relevant sections of the law with this letter.

CXV

TRAJAN TO PLINY

You had good reason, my dear Pliny, to be uncertain what answer to give to the censors' question whether senators who are citizens of other cities in the same province should retain their seats in the senate. The authority of the law on the one hand, and the long-established practice against it on the other, would influence you in opposite directions. My own view is that we should compromise; we should make no change in the situation resulting from past practice, so that citizens of any city may remain senators even if their election was not strictly legal; but in future the law of Pompey must be observed. If we tried to enforce it in retrospect it would inevitably lead to great confusion.¹

THE LETTERS OF PLINY

CXVI

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 QUI virilem togam sumunt vel nuptias faciunt vel ineunt magistratum vel opus publicum dedicant, solent totam bulen atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare binosque denarios vel singulos dare. Quod an celebrandum et quatenus putes, rogo scribas.
- 2 Ipse enim, sicut arbitrator, praesertim ex sollemnibus causis, concedendum ius istud invitationis,¹ ita vereor ne ii qui mille homines, interdum etiam plures vocant, modum excedere et in speciem *διανομήs* incidere videantur.

CXVII

TRAIANUS PLINIO

MERITO vereris, ne in speciem *διανομήs* incidat invitatio, quae et in numero modum excedit et quasi per corpora, non viritim singulos ex notitia ad sollemnes sportulas contrahit. Sed ego ideo prudentiam tuam elegi, ut formandis istius provinciae moribus ipse moderareris et ea constitueres, quae ad perpetuam eius provinciae quietem essent profutura.

¹ ius (istud *add. Postgate*) invitationis *Scheffer*: iussi invitationes *Ber. ai*: iussi immutationes *A*.

CXVI

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

IT is a general practice for people at their coming-of-age or marriage, and on entering upon office or dedicating a public building, to issue invitations to all the local senators and even to quite a number of the common people in order to distribute presents of one or two denarii. I pray you to let me know how far you think this should be allowed, if at all. My own feeling is that invitations of this kind may sometimes be permissible, especially on ceremonial occasions, but the practice of issuing a thousand or even more seems to go beyond all reasonable limits, and could be regarded as a form of corrupt practice.¹

CXVII

TRAJAN TO PLINY

You have every reason to fear that the issuing of invitations might lead to corrupt practices, if the numbers are excessive and people are invited in groups to a sort of official present-giving rather than individually as personal friends. But I made you my choice so that you could use your good judgement in exercising a moderating influence on the behaviour of the people in your province, and could make your own decisions about what is necessary for their peace and security.

¹ Pliny may be thinking either of political bribery or of riotous assemblies (as at Amisus in *Ep.* 93). Trajan's reply shows some impatience.

THE LETTERS OF PLINY

CXVIII

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 ATHLETAE, domine, ea quae pro iselasticis certaminibus constituisti, deberi sibi putant statim ex eo die, quo sunt coronati; nihil enim referre, quando sint patriam invecti, sed quando certamine vicerint, ex quo invehi possint. Ego contra praescribo "iselastici nomen":¹ itaque teorum² vehementer addubitem an sit potius id tempus, quo εἰσήλασαν, intuendum.
- 2 Iidem obsonia petunt pro eo agone, qui a te iselasticus factus est, quamvis vicerint ante quam fieret. Aiunt enim congruens esse, sicut non detur sibi pro iis certaminibus, quae esse iselastica postquam vicerunt
- 3 desierunt, ita pro iis dari quae esse coeperunt. Hic quoque non mediocriter haereo, ne cuiusquam retro habeatur ratio dandumque, quod tunc cum vincerent non debebatur. Rogo ergo, ut dubitationem meam regere, id est beneficia tua interpretari ipse digneris.

CXIX

TRAIANUS PLINIO

ISELASTICUM tunc primum mihi videtur incipere deberi, cum quis in civitatem suam ipse εἰσήλασεν.

¹ scribo iselastici (-corum *Cat.*) nomine *Aa*: praescribo isel. nomen *Sherwin-White*:

² itaque eorum *Aa*: ita ut *Ber.*: ita tamen ut *Cat.*

¹ Εἰσελαστικοὶ ἀγῶνες, games in which the winners were privileged to drive in triumph into their native towns, and afterwards received a civic pension.

CXVIII

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

THE winning athletes in the Triumphal Games,¹ Sir, think that they ought to receive the prizes which you have awarded on the day they are crowned for victory. They argue that the actual date of their triumphal entry into their native towns is irrelevant; the date which matters is that of the victory which entitled them to the triumph. On the other hand, I point out that the name refers to "triumphal entry" and so I am very much inclined to think that their date of entry is the one we should consider.

They also claim awards for previous victories won in Games to which you have subsequently given triumphal privileges, arguing that if they receive nothing in Games which have lost these privileges after their victories it is only fair that they should have something for Games which afterwards acquire them. Here, too, I very much doubt whether any retrospective claim should be allowed and feel that they should not be given anything to which they were not entitled at the time of victory. I pray you, therefore, to think fit to resolve my difficulties and make it clear how your benefactions are to be bestowed.

CXIX

TRAJAN TO PLINY

IN my opinion, awards in these Games should date from the winner's triumphal entry into his city and not before. Prizes awarded in Games to which I

THE LETTERS OF PLINY

Obsonia eorum certaminum, quae iselastica esse placuit mihi, si ante iselastica non fuerunt, retro non debentur. Nec proficere pro desiderio athletarum potest, quod eorum, quae postea iselastica non esse¹ constitui, quam vicerunt,² accipere desierunt. Mutata enim condicione certaminum nihilo minus, quae ante perceperant, non revocantur.

CXX

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 USQUE in hoc tempus, domine, neque cuiquam diplomata commodavi neque in rem ullam nisi tuam misi. Quam perpetuam servationem meam quaedam
2 necessitas rupit. Uxori enim meae audita morte avi volenti ad amitam suam excurrere usum eorum negare durum putavi, cum talis officii gratia in celeritate consisteret, sciremque te rationem itineris probaturum, cuius causa erat pietas. Haec tibi scripsi, quia mihi parum gratus fore videbar, si dissimulassem inter alia beneficia hoc unum quoque me debere indulgentiae tuae, quod fiducia eius quasi consulto te non dubitavi facere, quem si consulissem, sero fecissem.

¹ esse *A. Schaefer*: lege *Aa*.

² vicerunt *Hardy*: qui ierant *Aa*: quierant *i*.

have granted triumphal privileges must not be given retrospectively where no such privileges existed previously. Nor does it assist the athletes' claim if they can gain no more awards in the Games from which I have removed triumphal privileges since their victories, for though the Games are now held under different conditions they are not required to hand back prizes previously won.

CXX

PLINY TO THE EMPEROR TRAJAN

UP to now, Sir, I have made it a fixed rule not to issue anyone a permit to use the Imperial Post unless he is travelling on your service, but I have just been obliged to make an exception. My wife had news of her grandfather's death and was anxious to visit her aunt. I thought it would be unreasonable to deny her a permit when promptitude means much in performing a duty of this kind, and I felt sure that you would approve of a journey made for family reasons.

I am writing thus because I should feel myself lacking in gratitude if, among your many acts of kindness, I did not mention this further instance of your generosity whereby I was given confidence to act without hesitation, as if I had asked your permission; but had I waited to receive it, I should have been too late.

THE LETTERS OF PLINY

CXXI

TRAIANUS PLINIO

MERITO habuisti, Secunde carissime, fiduciam animi mei nec dubitandum fuisset,¹ si expectasses donec me consuleres, an iter uxoris tuae diplomatibus, quae officio tuo dedi, adiuvandum esset, cum apud amatam suam uxor tua deberet etiam celeritate gratiam adventus sui augere.

¹ fuisset *ai*: fuisse *A*: fuit <facere quod sero fecisses>
Hanslik.

¹ P. must have died before September 18 of this year. He was succeeded in his post by Cornutus Tertullus (see Index).

CXXI

TRAJAN TO PLINY

You were quite right, my dear Pliny, to feel confident of my response. You need not have had any doubts, even if you had waited to ask me if you could expedite your wife's journey by making use of the permits which I issued to you for official purposes; it is her duty to make her visit doubly welcome to her aunt by her prompt arrival.¹



PANEGYRICUS

CONTENTS

CHAPTER

1. Invocation to the gods
- 2-3. Sincerity of the speaker
4. Trajan, the ideal prince
5. Trajan's departure to Upper Germany (Late 96)
6. Revolt of praetorian guards leading to Trajan's recall
- 7-8. Nerva's adoption of Trajan
9. Trajan's acceptance of his position
- 10-11. Death and deification of Nerva (27/8 January 98)
12. Subjugation of Danube peoples (winter 99)
13. Army manoeuvres
14. Early campaigns in Parthia; troops marched from Spain to the Rhine (88-9)
15. Military tribunate; ten years of active service (71-81)
16. Trajan a lover of peace
17. Future triumph (ending First Dacian War, end of 102)
- 18-19. Improved military discipline; relations with army officers
20. Trajan's journey from the Danube to Rome (Spring 99)
21. *Pater Patriae*
- 22-3. Acclamation by the people on his entry into Rome
24. His lack of pretension
25. Distribution of *congiarium*
- 26-8. *Frumentationes*
29. *Annona*
- 30-32. Effects of drought in Egypt
33. Gladiatorial shows
- 34-5. Banishment of informers
36. Reforms in *aerarium* and *fiscus*

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

CHAPTER

- 37-41. Taxation; changes in *vicesima hereditatum*
42. Slaves no longer suborned against masters
43. Wills: legacies to the emperor no longer necessary
44-5. Trajan's example an encouragement to honesty
46. Suppression of the mimes
47-9. Encouragement of the arts; hospitality at the palace contrasted with Domitian's treachery
50. Gifts of property to the people instead of confiscations
51. Public works; the Circus Maximus
52. Simplicity of Trajan's statues
53. His principate contrasted with that of the bad emperors
54. Suppression of adulation in the Senate and at the theatre
55. His moderation, and assurance of immortality
56-8. His second consulship (January-May 98) and refusal of a third for 99
59-60. Rhetorical plea to Trajan to accept a third consulship; his acceptance
61-2. His colleagues, also consuls for a third time (January-February 100)
63. Trajan present at his *renuntiatio* before the people
64-5. He takes the oath on assuming and laying down office
66. He addresses the Senate (1 January 100)
67-8. *Nuncupatio votorum*; Trajan's confidence in his people
69. Elections; candidates from the *nobilitas*
70. Candidature of a *novus homo*
71. Trajan congratulates his nominees
72-4. Prayers to the gods; Trajan's emotion at the Senate's acclamation
75. Records of the proceedings kept in *acta senatus*
76. Conclusion of trial of Marius Priscus (13-15 January 100)

CONTENTS

CHAPTER

77. *Renuntiatio* of suffect consuls for 100. Trajan's administration of justice
- 78-9. Offer of a fourth consulship
80. Trajan is Jupiter on earth
- 81-2. His recreations; hunting and sailing
83. The empress Plotina
84. The emperor's sister, Ulpia Marciana
85. His gift for friendship
- 86-7. His farewell to a retiring prefect; his respect for his friends' independence
88. His attitude to his freedmen; his title of *Optimus*
89. The joy in heaven of Nerva and the Emperor's father, Trajan
- 90-2. Personal thanks of Pliny and Cornutus Tertullus
93. Trajan's respect for the independence of the consulate
94. Final invocation to Jupiter
95. Personal thanks of Pliny to the Senate

PANEGYRICUS PLINII
SECUNDI DICTUS
TRAIANO IMP.

1 1. BENE ac sapienter, patres conscripti, maiores
instituerunt ut rerum agendarum ita dicendi initium
a precationibus capere, quod nihil rite nihil provi-
denter homines sine deorum immortalium ope consilio
2 honore auspicarentur. Qui mos cui potius quam
consuli aut quando magis usurpandus colendusque
est, quam cum imperio senatus, auctoritate rei
publicae ad agendas optimo principi gratias excita-
3 mur? Quod enim praestabilius est aut pulchrius
munus deorum, quam castus et sanctus et dis similli-
4 mus princeps? Ac si adhuc dubium fuisset, forte
casuque rectores terris an aliquo numine darentur,
principem tamen nostrum liqueret divinitus con-
5 stitutum. Non enim occulta potestate fatorum, sed
ab Iove ipso coram ac palam repertus electus est:
quippe inter aras et altaria, eodemque loci quem deus
ille tam manifestus ac praesens quam caelum ac
6 sidera insedit. Quo magis aptum piumque est te,
Iuppiter optime, antea conditorem, nunc conserva-

THE PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS DELIVERED TO THE EMPEROR TRAJAN

1. OUR ancestors in their wisdom, Conscript Fathers, laid down the excellent rule that a speech no less than a course of action should take its start from prayers, thinking that nothing could be properly and prudently begun by mortal men without the aid and counsel of the immortal gods and the honour due to them. Who should duly observe this custom if not the consul? And what occasion could be more appropriate for doing so than the day when by the Senate's command we are called on to express thanks in the name of our country to the best of emperors? For what gift of the gods could be greater and more glorious than a prince whose purity and virtue make him their own equal? If it were still in doubt whether the rulers of the earth were given us by the hazards of chance or by some heavenly power, it would be evident that our emperor at least was divinely chosen for his task; for it was no blind act of fate but Jupiter himself who chose and revealed him in the sight and hearing of us all, among the many altars of the Capitol, in the very place where the god makes his presence as clearly felt as in the heavens and stars. Wherefore, mighty Jupiter, once the founder and now the

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

torem imperii nostri precari, ut mihi digna consule digna senatu digna principe contingat oratio, utque omnibus quae dicentur a me, libertas fides veritas constet, tantumque a specie adulationis absit gratiarum actio mea quantum abest a necessitate.

2. Equidem non consuli modo sed omnibus civibus enitendum reor, ne quid de principe nostro ita dicant, 2 ut idem illud de alio dici potuisse videatur. Quare abeant ac recedant voces illae quas metus exprimebat. Nihil quale ante dicamus, nihil enim quale antea patimur; nec eadem de principe palam quae prius praedicemus, neque enim eadem secreto quae prius 3 loquimur. Discernatur orationibus nostris diversitas temporum, et ex ipso genere gratiarum agendarum intellegatur, cui quando sint actae. Nusquam ut deo, nusquam ut numini blandiamur: non enim de tyranno sed de cive, non de domino sed de parente loquimur. 4 Unum ille se ex nobis—et hoc magis excellit atque eminent, quod unum ex nobis putat, nec minus 5 hominem se quam hominibus praeesse meminit. Intellegamus ergo bona nostra dignosque nos illis usu probemus, atque identidem cogitemus, quam sit indignum,¹ si maius principibus praestemus obsequium, qui servitute civium quam qui libertate

¹ quam sit indignum: *om. M.*

¹ Cf. Suetonius, *Dom.* 13. and Martial V. 8. 1, VII. 34. 8, etc. Domitian was addressed as *dominus et deus noster*. The title

preserver of our realm, it is my right and proper duty to address my prayers to you: grant, I pray you, that my speech prove worthy of consul, Senate and prince, that independence, truth, and sincerity mark my every word, and my vote of thanks be as far removed from a semblance of flattery as it is from constraint.

2. It is my view that not only the consul but every citizen alike should endeavour to say nothing about our ruler which could have been said of any of his predecessors. Away, then, with expressions formerly prompted by fear: I will have none of them. The sufferings of the past are over: let us then have done with the words which belong to them. An open tribute to our Emperor demands a new form, now that the wording of our private talk has changed. Times are different, and our speeches must show this; from the very nature of our thanks both the recipient and the occasion must be made clear to all. Nowhere should we flatter him as a divinity and a god;¹ we are talking of a fellow-citizen, not a tyrant, one who is our father not our over-lord. He is one of us—and his special virtue lies in his thinking so, as also in his never forgetting that he is a man himself while a ruler of men. Let us then appreciate our good fortune and prove our worth by our use of it, and at the same time remember that there can be no merit if greater deference is paid to rulers who delight in the servitude of their subjects than to those who value their liberty. The

dominus was retained by the emperors, but without the suggestion of tyranny: it is always used by Pliny in addressing Trajan, except in *Epist.* X. 1, 4 and 14.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

6 laetantur. Et populus quidem Romanus dilectum principum servat, quantoque paulo ante concentu formosum alium, hunc fortissimum personat, quibusque aliquando clamoribus gestum alterius et vocem, huius pietatem abstinentiam mansuetudinem
7 laudat. Quid nos ipsi? Divinitatem principis nostri, an humanitatem temperantiam facilitatem, ut amor et gaudium tulit, celebrare universi solemus? Iam quid tam civile tam senatorium, quam illud additum a nobis Optimi cognomen? quod peculiare huius et
8 proprium adrogantia priorum principum fecit. Enimvero quam commune quam ex aequo, quod felices nos felicem illum praedicamus, alternisque votis "Haec faciat, haec audiat" quasi non dicturi nisi fecerit comprecamur! Ad quas ille voces lacrimis etiam ac multo pudore suffunditur; agnoscit enim sentitque sibi, non principi dici.

3. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore servamus, hoc singuli quoque meditatiue teneamus, sciamusque nullum esse neque sincerius neque acceptius genus gratiarum, quam quod illas acclamationes aemulemur, quae fingendi
2 non habent tempus. Quantum ad me pertinet

¹ Domitian: cf. Suetonius, *Dom.* 18. 1.

² Nero. Cf. Tac. *Ann.* XIV. 15 and Suet. *Nero* 20.

³ Cf. 88. 4 and 7: *Ep.* II. 13. 8: III. 13. 1. Evidently Trajan received this title unofficially before October 98 when he was also called *pater patriae*. From 103 he was *optimus* on

people must have their own ways of distinguishing between their rulers. They all give the same acclamation now to one for his valour as another had a short time ago for his good looks,¹ and the cries (which greeted the voice and attitudes of one of his predecessors²) now serve to praise their present emperor's devotion to duty, his clemency and restraint. What about us? Is it the divine nature (of our prince or his humanity, his moderation and his courtesy which joy and affection) prompt us to celebrate in a single voice? Surely nothing could reveal him as citizen and senator more appropriately than the title bestowed on him of *Optimus*,³ Best, one which by contrast with the insolence of some of his predecessors he can claim as his individual right. One and all and all alike we acclaim his good fortune, and with it our own, and beg him to "continue thus" or again, "to hear our prayers," as if forming our requests in the sure knowledge that he will grant these. For his part, he listens with tears in his eyes, and his blushes show his awareness that he is addressed not as the holder of his title of prince but as himself.

3. This moderation, then, which we have all maintained in the sudden surge of our affection, we must individually try to keep in our more studied tributes, remembering that there is no more sincere nor welcome kind of thanks than that which most resembles the spontaneous acclamation which has no time for artifice. For my own part, I shall strive to make my coins (S. 34-8), and from July 114 he took *optimus* as an *agnomen* in inscriptions. Cf. Dio, LXVIII. 23. 1: S. 99-101, and Durry, *Panegyrique*, Appendix 1.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

laborabo, ut orationem meam ad modestiam principis
moderationemque submittam, nec minus considerabo,
quid aures eius pati possint, quam quid virtutibus
3 debeatur. Magna et inusitata principis gloria, cui
gratias acturus non tam vereor ne me in laudibus suis
4 parcum, quam ne nimium putet. Haec me cura haec
difficultas sola circumstat; nam merenti gratias agere
facile est, patres conscripti. Non enim periculum
est ne, cum loquar de humanitate, exprobrari sibi
superbiam credat; cum de frugalitate, luxuriam;
cum de clementia, crudelitatem; cum de liberalitate,
avaritiam; cum de benignitate, livorem; cum de
continentia, libidinem; cum de labore, inertiam;
5 cum de fortitudine, timorem. Ac ne illud quidem
vereor, ne gratus ingratusve videar, prout satis aut
parum dixero. Animadverto enim etiam deos ipsos
non tam accuratis adorantium precibus quam inno-
centia et sanctitate laetari, gratioremque existimari,
qui delubris eorum puram castamque mentem quam
qui mediatum carmen intulerit.

4. Sed parendum est senatus consulto quod ex
utilitate publica placuit, ut consulis voce sub titulo
gratiarum agendarum boni principes quae facerent
2 recognoscerent, mali quae facere deberent. Id nunc

¹ A practice which went back to the time of Augustus, and before A.D. 8 when Ovid was exiled (*Ep. ex Ponto* IV. 4. 35) though nothing is known of the decree. Cf. *Ep.* III. 13. 1;

PANEGYRICUS, 3. 2-4. 2

speech conform with the modesty and moderation of my prince, and while paying due tribute to his merits shall remind myself of what his ears can endure to hear. And indeed it does him honour of no ordinary kind if in thanking him (my fears are not that he will think I say too little in his praise but that I say too much.) This is my sole anxiety, the only difficulty in my path; for it is easy, Conscript Fathers, to render thanks where they are due. There is no danger that in my references to his humanity he will see a reproach for arrogance; that he will suppose I mean extravagance by modest expenditure and cruelty by forbearance; that I think him covetous and capricious when I call him generous and kind, profligate and idle instead of self-controlled and active, or that I judge him a coward when I speak of him as a brave man. I do not even fear that my gratitude or lack of it will be judged in accordance with the adequacy of my words, for I have noted that the gods themselves delight in the innocence and purity of their worshippers rather than in the elaborate preparation of the prayers they offer, and prefer the man who brings a chaste and sinless heart to their shrines to one who comes with a studied invocation.

4. But now I must bow to the decree of the Senate¹ which (in the public interest) has declared that under the form (of a vote of thanks) delivered by the voice of the consul, good rulers should recognize their own deeds and bad ones learn what theirs

III. 18. 1; II. 1. 5 (Verginius Rufus). The *Panegyricus* is greatly enlarged from the original *gratiarum actio*. Cf. III. 13. 1 and note.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

eo magis sollemne ac necessarium est, quod parens
noster privatas gratiarum actiones cohibet et com-
primit, intercessurus etiam publicis, si permetteret
3 sibi vetare quod senatus iuberet. Utrumque, Caesar
Auguste, moderate, et quod alibi tibi gratias agi non
sinis, et quod hic sinis. Non enim a te ipso tibi
honor iste, sed [ab]¹ agentibus habetur: cedis
adfectibus nostris, nec nobis munera tua praedicare
sed audire tibi necesse est.

4 Saepe ego mecum, patres conscripti, tacitus agitavi,
qualem quantumque esse oporteret, cuius dicione
nutuque maria terrae, pax bella regerentur; cum
interea fingenti formantique mihi principem, quem
aequata dis immortalibus potestas deceret, num-
quam voto saltem concipere succurrit similem huic
5 quem videmus. Enituit aliquis in bello, sed obsolevit
in pace; alium toga sed non et arma honestarunt;
reverentiam ille terrore, alius amorem humilitate
captavit; ille quaesitam domi gloriam in publico,
hic in publico partam domi perdidit; postremo
adhuc nemo exstitit, cuius virtutes nullo vitiorum
6 confinio laederentur. At principi nostro quanta
concordia quantusque concentus omnium laudum
omnisque gloriae contigit! Ut nihil severitati eius
hilaritate, nihil gravitati simplicitate, nihil maiestati

¹ ab M: *del. Gesner.*

PANEGYRICUS, 4. 2-6

should be. That is the more necessary and solemn duty today because our Father has banned and forbidden private expressions of thanks and would intervene against public speeches also if he allowed himself to oppose the Senate's will. Both these actions, Caesar Augustus—your refusal of thanks elsewhere and your acceptance here—are proof of your moderation, for you do honour thereby not to yourself but to those who would thank you. You yield to our feelings of affection, and no necessity constrains us to proclaim your good deeds, whereas you have bound yourself to listen to them.

I often used to wonder, Conscript Fathers, what great gifts should be proper to the man whose word or gesture of command could rule land and sea and determine peace or war; but when I tried to picture to myself a ruler worthy of power equalling that of the immortal gods, even in my fondest hopes I never conceived the like of him whom we see before us today. One man may have shone in war, but his glory has grown dim in time of peace; while another has distinguished himself in civil life but not in arms. Some have won respect through men's fear, while others in courting popularity have sunk low. Sometimes the honour gained at home has been thrown away outside it, while at others a public reputation has been lost in private life. In fact there has been no one up till now whose virtues have remained unsullied by the close proximity of his faults. Contrast our prince, in whose person all the merits which win our admiration are found in complete and happy harmony! His essential seriousness and authority lose nothing through his candour and good humour;

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

7 humanitate detrahitur! Iam firmitas, iam proceritas
corporis, iam honor capitis et dignitas oris, ad hoc
aetatis indeflexa maturitas, nec sine quodam munere
deum festinatis senectutis insignibus ad augendam
maiestatem ornata caesaries, nonne longe lateque
principem ostentant?

5. Talem esse oportuit quem non bella civilia, nec
armis oppressa res publica, sed pax et adoptio et
2 tandem exorata terris numina dedissent. An fas
erat nihil differre inter imperatorem quem homines
et quem di fecissent? quorum quidem in te, Caesar
Auguste, iudicium et favor tunc statim, cum ad exer-
citurum proficisceris, et quidam inusitato <omine>¹
3 enotuit. Nam ceteros principes aut largus cruor
hostiarum aut sinister volatus avium consulentibus
nuntiavit; tibi ascendenti de more Capitolium quam-
quam non id agentium civium clamor ut iam principi
4 occurrit, siquidem omnis turba quae limen insederat,
ad ingressum tuum foribus reclusis, illa quidem, ut
tunc arbitrabatur, deum, ceterum, ut docuit eventus,
te consalutavit imperatorem. Nec aliter a cunctis
5 omen acceptum est. Nam ipse intellegere volebas;

¹ *omine add. Keil: om. M.*

¹ By Nerva: cf. 7-8.

² As legate of Upper Germany (late 96). Cf. SHA *Hadr.*
2. 5. ff.

³ A statue to *Jupiter Imperator* in the temple on the Capitol
had been brought from Praeneste in 380 B.C. by T. Quinctius

he can show humanity but remain a sovereign power. In addition, his splendid bearing and tall stature, his fine head and noble countenance, to say nothing of the firm strength of his maturity and the premature signs of advancing age with which the gods have seen fit to mark his hair and so enhance his look of majesty — are these not sufficient signs to proclaim him far and wide for what he is: our prince?

5. And rightly so; for he was not created for us by civil wars and a country racked by the arms of battle, but in peace, through adoption,¹ by heavenly powers in our lands at long last moved by prayer. How could any man-made emperor ever be permitted to rank equal with the chosen of the gods? Indeed, their choice of you, Caesar Augustus, and their divine favour were made manifest at the very moment of your setting out to join your army² by an omen without precedent. The names of all your predecessors were revealed to those who sought the oracles either by a gush of blood from the victims or a flight of birds on the left; but in your case, as you mounted the Capitol, following due precedent, the citizens gathered there for other reasons hailed you with a shout as if you were already emperor: for when the doors of the temple opened for your entry, the entire crowd assembled at the threshold cried *Imperator!* At the time it was thought that they were addressing Jupiter,³ but events have proved that the title was intended for you, and the omen was thus interpreted by all. You alone were un-

Cincinnatus (Livy VI. 29. 8). This must have been destroyed in the fire of 83 B.C., but this passage shows it had been replaced.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

recusabas enim imperare, recusabas, quod erat bene
6 imperaturi. Igitur cogendus fuisti. Cogi porro non
poteras nisi periculo patriae et nutatione rei publicae;
obstinatum enim tibi non suscipere imperium, nisi
7 servandum fuisset. Quare ego illum ipsum furorem
motumque castrensem reor exstitisse, quia magna
vi magnoque terrore modestia tua vincenda erat;
8 ac sicut maris caelique temperiem turbines tem-
pestatesque commendant, ita ad augendam pacis
tuae gratiam illum tumultum praecessisse crediderim.
9 Habet has vices condicio mortalium, ut adversa ex
secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat
utrorumque semina deus, et plerumque bonorum
malorumque causae sub diversa specie latent.

6. Magnum quidem illud saeculo dedecus, magnum
rei publicae vulnus impressum est: imperator et
parens generis humani obsessus captus inclusus,
ablata mitissimo seni servandorum hominum potestas,
ereptumque principi illud in principatu beatissimum,
2 quod nihil cogitur. / Si tamen haec sola erat ratio,
quae te publicae salutis gubernaculis admoveret,
prope est ut exclamem tanti fuisse. Corrupta est
disciplina castrorum, ut tu corrector emendatorque

¹ The mutiny of the praetorian guard under its commander, Casperius Aelianus (Dio LXVIII. 3. 3); there was a real danger of civil war like that of 69. Cf. *Ep.* IX. 13. 11. (*Nutatio* is used metaphorically only here and in Tac. *Hist.* III. 49. 1, *totius urbis nutatione.*)

willing to accept it, for you were reluctant to assume imperial power, a sure sign that you would use it well. So then you had to be pressed. Even then you could only be persuaded because you saw your country in peril and the whole realm tottering to a fall;¹ for you were resolved only to take up the burden of supreme power when it was threatened with destruction. This, I fancy, explains the rioting and mutiny which had broken out in the army; it was to provide the widespread violence and terror which were needed to overcome your diffidence. Just as a period of calm in sky and sea is welcomed by contrast with storm and tempest, similarly, I think, that earlier season of unrest was designed to increase our appreciation of the peace we owe to you. Such are the vicissitudes of our mortal lot: misfortune is born of prosperity, and good fortune of ill-luck. God conceals their origins in both cases, and the causes of good and evil are hidden for the most part, each behind the other's mask.

6. The great blot on our age, the deadly wound inflicted on our realm, was the time when an emperor and Father of the human race was besieged in his palace, arrested and confined; from the kindest of elderly men was snatched his authority to preserve mankind, from a prince was removed the greatest blessing of princely power, the knowledge that he cannot be forced against his will. Yet if this were the only means whereby you were to be brought to steer the ship of state, I am still ready to declare that the price was not too high. Army discipline broke down so that you could come to correct and improve it; a shocking example was set

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

contingeres; inductum pessimum exemplum, ut optimum opponeretur; postremo coactus princeps quos nolebat occidere, ut daret principem, qui cogi
3 non posset. Olim tu quidem adoptari merebare; sed nescissemus quantum tibi deberet imperium, si ante adoptatus esses. Expectatum est tempus quo liqueret non tam accepisse te beneficium quam dedisse. Confugit in sinum tuum concussa res publica, ruensque imperium super imperatorem im-
4 peratoris tibi voce delatum est. Imploratus adoptione et accitus es, ut olim duces magni a peregrinis externisque bellis ad opem patriae ferendam revocari solebant. Ita filius ac parens uno eodemque momento rem maximam invicem praestitistis: ille tibi
5 imperium dedit, tu illi reddidisti. Solus ergo ad hoc aevi pro munere tanto paria accipiendo fecisti, immo ultra dantem obligasti; communicato enim imperio sollicitior tu, ille securior factus est.

7. O novum atque inauditum ad principatum iter! Non te propria cupiditas proprius metus, sed aliena
2 utilitas alienus timor principem fecit. Videaris licet quod est amplissimum inter homines consecutus, felicius tamen erat illud quod reliquisti: sub bono

¹ Nerva was compelled to punish the murderers of Domitian (Dio LXVIII. 3. 3).

² Perhaps a reference to Hannibal's recall to Carthage (Livy XXX. 9).

so that you could counter it with a better; finally, a ruler was forced to put men to death against his will¹ in order to provide one on whom force should never prevail. Your merits did indeed call for your adoption as successor long ago; but had you been adopted then, we should never have known the empire's debt to you. We had to wait for the moment which would show you not so much the beneficiary as the benefactor. The country reeled under its blows to take refuge in your embrace; the empire which was falling with its emperor was put into your hands at the emperor's word; for it was through your adoption that you yielded to entreaties and allowed yourself to be recalled, like the great generals of the past who were summoned from distant wars abroad to bring aid to their homeland.² Thus it was that, father and son together, at one and the same moment you bestowed on each other the greatest of all gifts: he gave you supreme power and you returned it to him. You alone in our time have made proper return for such a gift, simply by your acceptance of it; nay, rather, you put the giver in your debt, for the sharing of authority increased your responsibilities while lessening his cares.

7. This is indeed a novel route to the principate, unheard of hitherto!³ No ambition of yours, no fears inspired by you, but another's interests and another's terrors have made you prince. It may appear that you have won the highest honour among men, and yet a greater happiness lay in what you renounced, namely, your position as subject under

¹ But cf. Galba's speech on adopting Piso (*Tac. Hist. I. 15-16*), a speech with many verbal affinities with *Pan 7-8*.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

3 principe privatus esse desisti. Adsumptus es in laborum curarumque consortium, nec te prospera et laeta stationis istius, sed aspera et dura ad capessendam eam compulerunt: suscepisti imperium, post-
4 quam alium suscepti paenitebat. Nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla necessitudo, nisi quod uterque optimus erat, dignusque alter eligi alter eligere. Itaque adoptatus es non ut prius alius atque alius in gratiam uxoris. Adscivit enim te filium non vitricus sed princeps, eodemque animo divus Nerva pater tuus factus est, quo erat omnium.
5 Nec decet aliter filium adsumi, si adsumatur a principe. An senatum populumque Romanum, exercitus provincias socios transmissurus uni successorem e sinu uxoris accipias, summaeque potestatis heredem tantum intra domum tuam quaeras? non totam per civitatem circumferas oculos et hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum
6 quem dis simillimum inveneris? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus; non enim servulis tuis dominum, ut possis esse contentus quasi necessario herede, sed principem civibus daturus et imperatorem. Superbum istud et regium, nisi adoptes eum quem constet imperaturum fuisse, etiamsi non
7 adoptasses. Fecit hoc Nerva nihil interesse arbitratus, genueris an elegeris, si perinde sine iudicio adoptentur liberi ac nascuntur; nisi quod tamen

¹ Augustus and Claudius had adopted their respective stepsons Tiberius and Nero to please their wives, Livia and Agrippina (Tac. *Ann.* I. 3, XII. 25).

a good ruler. You were called upon to share his toils and troubles, nor was it the pleasures and successes of his position which compelled you, but its difficulties and pains. You assumed authority only after he wished to be rid of it. No tie of kinship or relationship bound adopted and adopter; your only bond was that of mutual excellence, rendering you worthy either to choose or to be chosen. Thus you were adopted not as others have been hitherto, in order to gratify a wife;¹ no stepfather made you his son, but one who was your prince, and the divine Nerva became your father in the same sense that he was father of us all. This is the only fitting way to adopt a son if the adopter is an emperor; for when it is a case of transferring the Senate and people of Rome, armies, provinces, and allies to a single successor, would you look to a wife to provide him, or seek no further than the four walls of your home? No indeed, you would search through all your subjects, and judge him the closest and dearest to you whom you find to be the noblest and dearest to the gods. If he is destined to rule the people, one and all, he must be chosen from among them all, for no natural law can satisfy you when you are not appointing an overlord for your household of cheap slaves, but a prince and emperor for the citizens of Rome. Not to adopt the one man who in the eyes of all could have proved himself a ruler even without adoption would indicate the wanton tyranny of power. Thus Nerva made his choice, realizing that unless sons are adopted with more judgement than they are begotten there is little difference between a son born and a son chosen—but for the fact that men

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

aequiore animo ferunt homines, quem princeps parum feliciter genuit, quam quem male elegit.

8. Sedulo ergo vitavit hunc casum, nec modo iudicium hominum sed deorum etiam in consilium adsumpsit. Itaque non in cubiculo sed in templo, nec ante genialem torum sed ante pulvinar Iovis optimi maximi adoptio peracta est, qua tandem non servitus nostra sed libertas et salus et securitas 2 fundabatur. Sibi enim gloriam illam di vindicaverunt: horum opus, horum illud imperium. Nerva tantum minister fuit, utque¹ adoptaret, tam paruit quam tu qui adoptabaris. Adlata erat ex Pannonia laurea, id agentibus dis ut invicti imperatoris exor- 3 tum victoriae insigne decoraret. Hanc imperator Nerva in gremio Iovis collocarat, cum repente solito maior et augustior advocata contione hominum deorumque te filium sibi, hoc est unicum auxilium 4 fessis rebus, adsumpsit. Inde quasi depositi imperii qua securitate qua gloria laetus (nam quantulum refert, deponas an partiaris imperium? nisi quod difficilius hoc est), non secus ac praesenti tibi innixus, tuis umeris se patriamque sustentans tua iuventa, 5 tuo robore invaluit. Statim consedit omnis tumultus.

¹ utque *Mynors*: ut qui *R*: utque qui *M*.

¹ In the second half of October 97.

² By the ceremony of *adrogatio*, as in the case of Tiberius's

will more readily forgive a ruler for a son who proves unworthy than for a successor who was a bad choice.

8. He took pains, then, to avoid such a disaster, seeking counsel from gods and men alike; and thus the adoption took place¹ not in his bedroom and by his marriage-bed but in the temple before the couch of Jupiter Best and Highest, the adoption² which was to be the basis of no servitude for us, but of security, happiness, and freedom. The gods have claimed the credit for this, since it was carried out at their command. Nerva was no more than their minister, no less obedient as adopter than you who were adopted. Laurels had been brought from Pannonia,³ at the gods' behest, for the symbol of victory to mark the rise of a ruler who would never know defeat. Nerva laid them in the lap of Jupiter and straightway rose up, taller and nobler than was his wont; before the gathered assembly of gods and men he chose you as his son, his sole support in time of crisis. From that moment onwards he delighted in the happiness and honour he derived from what might be termed his resignation—for there is little to choose between resigning and sharing power, except that the latter is more difficult—leaning on you as if you were there by his side, resting the burden of his person and his country on your shoulders, drawing strength from your youth and vigour. Every disturbance died away at once; though this

adoption (Suet. *Aug.* 65. 1). Contrast Piso's adoption (Tac. *Hist.* I. 16. 9).

³ Not Trajan's own victory, as he was in Germany. Laurels were sent with bulletins announcing victory (Pliny *N.H.* XV. 133-4).

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

Non adoptionis opus istud sed adoptati fuit; atque adeo temere fecerat Nerva, si adoptasset alium. Oblitine sumus ut nuper post adoptionem non desierit se ditio sed coeperit? Inritamentum istud irarum et fax tumultus fuisset, nisi incidisset in te.

6 An dubium est ut dare posset imperium imperator, qui reverentiam amiserat, auctoritate eius effectum cui dabatur? Simul filius simul Caesar, mox imperator et consors tribuniciae potestatis, et omnia pariter et statim factus es, quae proxime parens verus tantum in alterum filium contulit.

9. Magnum hoc tuae moderationis indicium, quod non solum successor imperii, sed particeps etiam sociusque placuisti. Nam successor etiamsi nolus habendus [est];¹ non est habendus socius nisi velis.

2 Credentne posteri patricio et consulari et triumphali patre genitum, cum fortissimum amplissimum aman- tissimum sui exercitum regeret, imperatorem non ab exercitu factum? eidem, cum Germaniae praesi-

¹ est del. *Mynors*.

¹ Galba's adoption of Piso.

² Vespasian shared his power only with Titus (Suet. *Tit.* 6).

³ Trajan's father was born in Italica, Baetica, where he was afterwards proconsul. He was legate of Leg. X Fretensis during the war in Judaea 67-8, suffect consul between 68 and 71, legate in Syria from 73/4 to 76/7 where he received *ornamenta triumphalia* for some unrecorded success over the Parthians. He was later proconsul of Asia, and probably died there before 100. Trajan was the first provincial aristocrat to become emperor. Note that Pliny says nothing of his Spanish origin.

was the effect not so much of the adoption as the nature of the man adopted, sure indication that Nerva would have been foolish had he chosen otherwise. It is not so long since there was an adoption which failed to check an outbreak of rebellion,¹ and indeed was its occasion; have we forgotten this? Yours too would have inflamed angry feelings and set a torch to insurrection if the choice had not fallen on you. Can it be doubted that if an emperor who had forfeited men's regard, was able to bestow the imperial power, it could only be because of the personality of the recipient? At one moment then, you became son and Caesar; soon you were emperor with a share in the tribune's powers, to hold immediately and simultaneously all the titles which in recent times were conferred by an emperor on one only of the sons he had fathered.²

9. It is sure proof of your moderation that you have found favour not only as successor to the imperial power but as associate and colleague. A man must have a successor, whether he wants him or not; he need not take a colleague unless he chooses. Posterity may find it hard to believe that one whose father was of noble birth and consular rank and won a triumph,³ who was himself in command of a mighty army⁴ of brave soldiers devoted to their general, could be hailed as *Imperator* by his men and receive from Rome the title of *Germanicus*⁵ when governor of Germany, and yet take no steps himself to become

⁴ Both Upper and Lower Germany had three legions.

⁵ The title was assumed by Nerva and Trajan either at the end of 97 or in 98, after Vestricius Spurinna's negotiations with the Brueteri (cf. *Ep.* II. 7. 2).

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

deret, Germanici nomen hinc missum? nihil ipsum
 ut imperator fieret agitasse, nihil fecisse nisi quod
 3 meruit et paruit? Paruisti enim, Caesar, et ad
 principatum obsequio pervenisti, nihilque magis a te
 subiecti animo factum est quam quod imperare
 coepisti, iam Caesar iam imperator iam Germanicus
 absens et ignarus, et post tanta nomina, quantum
 4 ad te pertinet, privatus. Magnum videretur, si
 dicerem "Nescisti te imperatorem futurum": cras
 imperator et esse te nesciebas. Ut vero ad te
 fortunae tuae nuntius venit, malebas quidem hoc
 esse quod fueras, sed non erat liberum. An non
 obsequeris principi civis, legatus imperatori, filius
 5 patri? (Ubi deinde disciplina, ubi mos a maioribus
 traditus, quodcumque imperator munus iniungeret,
 aequo animo paratoque subeundi?) Quid enim, si
 provincias ex provinciis ex bellis bella mandaret?
 <Apparet>¹ eodem illo uti iure, cum ad imperium
 revocet quo sit usus cum ad exercitum miserit,
 nihilque interesse ire legatum an redire principem
 iubeat, nisi quod maior sit obsequii gloria in eo, quod
 quis minus velit.

10. Augebat auctoritatem iubentis in summum
 discrimen auctoritas eius adducta, utque magis
 parendum imperanti putares, efficiebatur eo quod ab
 2 aliis minus parebatur. Ad hoc audiebas senatus

¹ apparet *add. Haupt: om. M.*

emperor and do nothing in fact except serve as a soldier and obey. Yes, Caesar, you obeyed, and it was your obedience which raised you to the principate; nothing is better (proof of your sense of discipline) than the fact that you started your reign with these splendid titles of *Caesar*, *Imperator*, and *Germanicus* granted you when you were far from Rome and unaware of your future, yet still in your own heart remained a loyal subject. I should be thought to exaggerate if I said that you did not know you would be emperor; in fact, you *were* emperor, but did not know it. And when the news came of your good fortune, you would have preferred, I think, to remain as you had been; but you were not free to decide. You were subject, legate and son: your duty lay in obedience to your ruler, your general and your father; (else where would military discipline be, and the tradition of centuries of accepting readily, without question, whatever charges your general imposed?) He could have assigned you province after province, sent you on campaign after campaign, for clearly he was exercising the same authority in recalling you to assume the imperial power as he did when he sent you out to command your army. An order is an order, whether it means a departure as legate or a return as prince, though there may be greater glory in obedience where the desire to obey is less.

10. This order was the more authoritative for you simply because authority was in grave peril; you thought that obedience was all the more necessary from you since it was lacking in others. Furthermore, you were told that the Senate and people

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

populique consensum: non unius Nervae iudicium illud, illa electio fuit. Nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant; ille tantum iure principis occupavit, primusque fecit quod facturi omnes erant. Nec hercule tanto opere cunctis factum placeret, nisi placuisset ante quam fieret. At quo, di boni, temperamento potestatem tuam fortunamque moderatus es! Imperator tu titulis et imaginibus et signis, ceterum modestia labore vigilantia dux et legatus et miles, cum iam tua vexilla tuas aquilas magno gradu anteires, neque aliud tibi ex illa adoptione quam filii pietatem filii obsequium adsereres, longamque huic nomini aetatem, longam gloriam precarere. Iam te providentia deorum primum in locum provexerat; tu adhuc in secundo resistere atque etiam senescere optabas: privatus tibi videbaris, quam diu imperator et alius esset. Audita sunt tua vota, sed in quantum optimo illi et sanctissimo seni utile fuit, quem di ideo¹ caelo vindicaverunt, ne quid post illud divinum et immortale factum mortale faceret: deberi quippe maximo operi hanc venerationem, ut novissimum esset, auctoremque eius statim consecrandum, ut quandoque inter posteros quaereretur, an illud iam deus fecisset. Ita ille nullo magis nomine publicus parens, quam quia tuus. Ingens gloria ingensque

¹ di ideo *Baehrens*: dii de *M*.

¹ The medallions showing the head of the emperor fixed to the standards. (The passage is a verbal echo of Tacitus, *Dialogus* 8. 4.)

benignitate divisum est, quantaque tibi curae fuit ne quis expers liberalitatis tuae fieret! Datum est his qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, aequatique sunt ceteris illi etiam quibus non
4 erat promissum. Negotiis aliquis valetudine alius, hic mari ille fluminibus distinebatur: expectatus est, provisumque, ne quis aeger ne quis occupatus ne quis denique longe fuisset; veniret quisque cum
5 vellet, veniret quisque cum posset. Magnificum, Caesar, et tuum disiunctissimas terras munificentiae ingenio velut admovere, immensaque spatia liberalitate contrahere, intercedere casibus occurrere fortunae, atque ope adniti, ne quis e plebe Romana dante congiarium te hominem se magis sentiret fuisse quam civem.

26. Adventante congiarii die observare principis egressum in publicum, insidere vias examina infantium futurisque populus solebat. Labor parentibus erat ostentare parvulos impositosque cervicibus
2 adulantia verba blandasque voces edocere: reddebant illi quae monebantur, ac plerique inritis precibus surdas principis aures adstrepebant, ignarique quid rogassent quid non impetrassent, donec plane scirent
3 differebantur. Tu ne rogari quidem sustinuisti et quamquam laetissimum oculis tuis esset conspectu Romanae sobolis impleri, omnes tamen ante quam te viderent adirentve, recipi incidi iussisti, ut iam inde ab infantia parentem publicum munere educa-

you were in your distribution, and what care you took to include everyone in your bounty! It was bestowed even on those whose names were listed after your edict, in place of some crossed off, while others ranked equal with the rest though not eligible at first. One man might be delayed by illness or his personal affairs, another held up by rivers or sea, but his share awaited him, to ensure that no one was left out for being sick, or too busy, or too far away. Everyone was to come when he wished or when he could. It was your special distinction, Caesar, to join, as it were, far distant lands by the ingenuity of your generosity, to contract vast spaces in the exercise of your liberality, to overcome hazards and oppose fortune, to use all your resources, in fact, to ensure that as regards your bounty every humble Roman should feel he was born a citizen as much as a man.

26. On the day for the distribution it had been the custom for swarms of children, the populace of the future, to watch for the emperor's public appearance and line his path. Every parent's concern was to show his little ones mounted on his shoulders, to teach them flattering words and fawning phrases, while they repeated their lessons, their vain pleas mostly falling on the emperor's deaf ears, to be brushed aside in their ignorance of what they asked and what was refused, until the day would come when they would understand all too well. You, however, would permit no requests. Though your eyes might be gladdened by the sight of the rising generation of Rome, you gave orders that every child must be admitted and enrolled before seeing or approaching you, so that henceforward reared on your bounty

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

tionis experirentur, crescerent de tuo qui crescerent
tibi, alimentisque tuis ad stipendia tua pervenirent,
tantumque omnes uni tibi quantum parentibus suis
4 quisque deberent. Recte, Caesar, quod spem Ro-
mani nominis sumptibus tuis suscipis. Nullum est
enim magno principe immortalitatemque merito
impendii genus dignius, quam quod erogatur in
5 posteros. Locupletes ad tollendos liberos ingentia
praemia et pares poenae cohortantur, pauperibus
6 educandi una ratio est bonus princeps. Hic fiducia
sui procreatos nisi larga manu fovet auget am-
plectitur, occasum imperii occasum rei publicae
accelerat, frustra que proceres plebe neglecta ut
desectum corpore caput nutaturumque instabili
7 pondere tuetur. Facile est coniectare quod perce-
peris gaudium, cum te parentum liberorum, senum in-
fantium¹ clamor exciperet. Haec prima parvulorum
civium vox aures tuas imbuit, quibus tu daturus
alimenta hoc maximum praestitisti, ne rogaerent.

27. Super omnia est tamen quod talis es, ut sub te
liberos tollere libeat expediat. Nemo iam parens
filio nisi fragilitatis humanae vices horret, nec inter
insanabiles morbos principis ira numeratur. Mag-
num quidem est educandi incitamentum tollere
liberos in spem alimentorum, in spem congiariorum;
maius tamen in spem libertatis, in spem securitatis.
2 Atque adeo nihil largiatur princeps dum nihil auferat,
non alat dum non occidat; nec deerunt qui filios

¹ infantium *H*: infantium puerorum *X*.

¹ By the *Lex Julia de maritandis ordinibus* of 18 B.C. and
the *Lex Papia Poppaea* of A.D. 9.

from their earliest days, all should know you as the Father of the people; they should grow at your expense while they were growing up to serve you, pass from a child's allowance at your hands to a soldier's pay, each owing as much to you as to his own parents. You were right, Caësar, to cherish at your expense the future of the name of Rome. No expenditure is so worthy of a great prince destined for immortality as what is disbursed for posterity. The rich are encouraged to rear children by high rewards and comparable penalties; the poor have only one inducement—a good prince. Unless he makes generous provision for the children born through his people's confidence in him, unless he cherishes them with loving care, he hastens the downfall of empire and realm; if he neglects his poorer subjects he protects in vain his leading citizens, who will become a head cut from a body, top-heavy, soon to fall. It is easy to imagine your pleasure when the cheers of fathers and children, old and young, rang in your ears—the first you heard of your youngest subjects, on whom you had bestowed something even greater than their allowance: the right to receive it unasked.

27. Above all, you are a prince whose reign makes it both pleasure and profit to rear children. No father now need fear more for his son than the hazards of human frailty—among fatal illnesses he need not count his emperor's wrath. There is indeed great encouragement to have children in the promise of allowances and donations, but greater still when there is hope of security and freedom from fear. It may be that a ruler gives nothing, supports no one, but so long as he neither takes nor destroys he will

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

concupiscant. Contra largiatur et auferat, alat et occidat: ne ille id iam¹ brevi tempore effecerit, ut omnes non posteriorum modo sed sui parentumque
3 paeniteat. Quocirca nihil magis in tota tua liberalitate laudaverim, quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo, neque a te liberi civium ut ferarum
4 catuli sanguine et caedibus nutriuntur; quodque gratissimum est accipientibus, sciunt dari sibi quod nemini sit ereptum, locupletatisque tam multis pauperiorem esse factum principem tantum. Quamquam ne hunc quidem: nam cuius est quidquid est omnium, tantum ipse quantum omnes habet.

28. Alio me vocat numerosa gloria tua. Alio autem? quasi vero iam satis veneratus miratusque sim quod tantam pecuniam profudisti, non ut flagitii tibi conscius ab insectatione eius averteres famam, nec ut tristes hominum maestosque sermones laetiore
2 materia detineres. Nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemisti, nec tibi bene faciendi fuit causa ut quae male feceras impune fecisses. Amor impendio isto, non venia quaesita est, populusque Romanus obligatus a tribunali tuo,
3 non exoratus recessit. Obtulisti enim congiarium gaudentibus gaudens securusque securis; quodque antea principes ad odium sui leniendum tumentibus

¹ id iam *Mynors*, *alii alia*: in tam *M*.

not lack subjects who desire sons. On the other hand, if he gives and then takes away, supports and then destroys, all too soon he will make men regret they had children, regret even that they had parents and are alive themselves. And so nothing in your generosity commands my admiration so much as the fact that these donations and allowances are paid from your own purse, so that the nation's children are not fed like wild beasts' cubs on blood and slaughter; and what is most welcome to the recipient is his knowledge that no one has been robbed to provide for him, that there is one alone who is the poorer for so many thus enriched—his prince. And perhaps not even he—for anyone with a share in a common wealth is as rich or as poor as the whole.

28. Your many claims for recognition beckon me elsewhere—but no; I have not paid admiring homage to the fact that you poured out these generous sums in no consciousness of crime committed, no desire to avert notoriety's pursuit, nor to provide more cheerful topics to divert grim suspicions from men's tongues. No fault in you had to be redeemed by your donation, no act of cruelty bought off by allowances; your benefactions were not inspired by hope of impunity for your misdeeds. By this expenditure you sought the affection, not the forgiveness of your subjects; the people of Rome heard no entreaties at the tribunal, but stepped down conscious only of their debt to you. For your donation was gladly offered and as gladly received, without apprehension on either side; what your predecessors had thrown as a sop to the surging anger of the populace, to appease the general hatred of them-

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

- plebis animis obiectabant, id tu tam innocens populo
4 dedisti, quam populus accepit. Paulo minus, patres
conscripti, quinque milia ingenuorum fuerunt, quae
liberalitas principis nostri conquisivit invenit adscivit.
5 Hi subsidium bellorum ornamentum pacis publicis
sumptibus aluntur, patriamque non ut patriam
tantum, verum ut altricem amare condisunt; ex
his castra ex his tribus replebuntur, ex his quandoque
6 nascentur, quibus alimentis opus non sit. Dent tibi,
Caesar, aetatem di quam mereris, serventque
animum quem dederunt: et quanto maiorem in-
fantium turbam iterum atque iterum iubebis incidi!
7 Augetur enim cotidie et crescit, non quia cariores
parentibus liberi, sed quia principi cives. Dabis
congiaria si voles, praestabis alimenta si voles: illi
tamen propter te nascuntur.

29. Instar ego perpetui congiarii reor affluentiam
annonae. Huius aliquando cura Pompeio non minus
addidit gloriae quam pulsus ambitus campo, exactus
hostis mari, Oriens triumphis Occidensque lustratus.
2 Nec vero ille civilius quam parens noster auctoritate
consilio fide reclusit vias portus patefecit, itinera
terris litoribus mare litora mari reddidit, diversasque

¹ Pompey was given charge of the *annona* for five years in 57 B.C. (Cic. *ad Att.* IV. 1. 6). He passed the *Lex Pompeia de ambitu* in 52; rid the seas of pirates in 67; celebrated a triumph in 81 B.C., for quelling the "Marians" in Africa; another in 71 after overcoming Sertorius and his successor in Spain; and a third in 61 after settling the affairs of Asia.

² Trajan was actively engaged on public works from the start of his reign; e.g. repairs to the Via Appia, Via Aemilia, and Via Puteolana; the harbours at Ostia, Terracina, and Ancona (cf. *Ep.* VI. 31. 15 for Centum Cellae, under construction in 106); and in 110 the *Decemnovium* which crossed the

selves, you gave freely to the people, as innocent in your giving as they were in receiving. Nearly five thousand free-born children, Conscript Fathers, were sought out and found, to be entered on the lists through the generosity of their prince, to safeguard the state in war and adorn it in peace, supported by their country while they learn to love her not only as their homeland but as a nurse. The army and citizen body will be completed by their numbers, and they will have children one day whom they will support themselves without any need of allowances. Let the gods only grant you, Caesar, the long life which you deserve and preserve the spirit you owe to them, and the lists of children entered at your bidding will ever multiply! These grow increasingly day by day, not so much because parents care more for children, as because every citizen is cared for by his prince. Go on with subsidies and allowances if it is your wish; but the true reason for these births lies in yourself.

29. Now for the corn-supply, equivalent in its generosity, I believe, to a perpetual subsidy. Nothing so much as this¹ once brought Pompey such great honour, though he swept bribery from elections, rid the high seas of pirates, and strode in triumph across East and West. Herein he proved himself no finer citizen than our Father, who in his wisdom and authority and devotion to his people has opened roads, built harbours, created routes overland, let the sea into the shore and moved the shore out to sea,²

Pontine marshes from Forum Appii to Terracina. Pliny, however, speaks here only in general terms. Cf. *Ep.* X. 18. 3 and note.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

gentes ita commercio miscuit, ut quod genitum esset
3 usquam, id apud omnes natum videretur. Nonne
cernere datur ut sine ullius iniuria omnis usibus
nostris annus exuberet? Quippe non ut ex hostico
raptae perituraeque in horreis messes neququam
4 quiritantibus sociis auferuntur. Devehunt ipsi quod
terra genuit, quod sidus aluit, quod annus tulit, nec
novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt;
5 emit fiscus quidquid videtur emere. Inde copiae,
inde annona de qua inter licentem vendentemque
conveniat, inde hic satietas nec fames usquam.

30. Aegyptus alendis augendisque seminibus ita
gloriata est, ut nihil imbribus caeloque deberet,
siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio
genere aquarum solita pinguescere, quam quas ipsa
devexerat, tantis segetibus induebatur, ut cum
feracissimis terris quasi numquam cessura certaret.
2 Haec inopina siccitate usque iniuriam sterilitatis
exaruit, quia piger Nilus cunctanter alveo sese ac
languide extulerat, ingentibus quidem tunc quoque
3 ille fluminibus, tamen conferendus. Hinc pars
magna terrarum, mergi repararique amne consueta,
alto pulvere incanduit. Frustra tunc Aegyptus
nubila optavit caelumque respexit, cum ipse fecundi-
tatis parens contractior et exilior isdem ubertatem

¹ The earliest reference to *indictiones*, taxes exacted from the provinces at irregular intervals to meet special needs of Rome and the army; here contrasted with the regular *tributa*.

² For Egypt, cf. Pliny, *NH* V. 47 ff. and XVIII. 167.

and linked far distant peoples by trade so that natural products in any place now seem to belong to all. It is plain to see that every year can abundantly supply our needs—and without harm to anyone. Harvests are not snatched as if from enemy soil to perish in our granaries, carried off from allies who lament in vain; instead, these bring of their own accord the produce of their soil, the year's harvest nurtured by their climate; unburdened by fresh impositions¹ they can meet long-standing obligations, and the imperial exchequer pays openly for its purchases. Hence these provisions and the corn-supply, with prices agreed between buyer and seller; hence, without causing starvation elsewhere, we have plenty here in Rome.

30. It was once Egypt's² boast that she owned nothing to rain and weather to nurture and mature the seeds in her soil; watered as she always was by her own river and accustomed to a fertility dependent only on the water flowing through her, she was clad in crops so rich that she could rival the most fertile lands with never a thought that this could cease. Then she was struck by sudden disaster, dried and burnt up, left well-nigh barren, when the Nile turned lazy, sluggish and reluctant to stir out of its bed, so that though still one of the world's great rivers it could not now be thought incomparable. Thus a great area of land which used to be flooded and refreshed by the river became a scorching furnace of thick dust. All in vain the native Egyptian prayed for rain-clouds and watched the heavens, now that the author of productiveness had shrunk and dwindled and confined the fertile regions within the

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

- eius angustiis quibus abundantiam suam cohibuisset.
- 4 Neque enim solum vagus ille <cum>¹ expandatur
amnis intra usurpata semper collium substiterat
atque haeserat, sed supino etiam ac detinenti solo
non placido se mollique lapsu refugum abstulerat
necdum satis umentes terras addiderat arentibus.
- 5 Igitur inundatione, id est ubertate, regio fraudata
sic opem Caesaris invocavit, ut solet amnem suum,
nec longius illi adversorum fuit spatium quam dum
nuntiat: tam velox, Caesar, potestas tua est, tamque
in omnia pariter intenta bonitas et accincta, ut
tristius aliquid saeculo tuo passis ad remedium
salutemque sufficiat ut scias.

31. Omnibus equidem gentibus fertiles annos
gratasque terras precor; crediderim tamen per hunc
Aegypti statum tuas fortunam vires experiri,
tuamque vigilantiam spectare voluisse. Nam cum
omnia ubique secunda merearis, nonne manifestum
est, si quid adversi cadat, tuis laudibus tuisque
virtutibus materiam campumque praesterni, cum
- 2 secunda felices, adversa magnos probent? Percre-
bruerat antiquitus urbem nostram nisi opibus
Aegypti ali sustentarique non posse. Superbiebat
ventosa et insolens natio, quod victorem quidem
populum pasceret tamen quodque in suo flumine in
suis navibus vel abundantia nostra vel fames esset.
- 3 Refundimus Nilo suas copias: recepit frumenta quae
miserat, deportatasque messes revexit. Discat igitur
Aegyptus credatque experimento, non alimenta se

¹ cum *add. corrector cod. Vat.: om. M.*

narrow limits of its own fullness. For not only did the Nile (which normally spreads far afield) stop short of and fall below the level it usually occupied in the hills, but even on level ground which should have retained them, its waters rapidly retreated instead of maintaining their usual even, gentle flow; and the soil was left insufficiently soaked, to be added to the parched areas. Therefore the country, denied the flood which is its fertility, looked to Caesar for aid instead of to their river; and no sooner had he heard their appeal than their troubles were at an end. So prompt is your power, Caesar, so prepared and ready for all alike your goodness of heart, that if any of your subjects suffers misfortune he has only to tell you to find help and security in you.

31. It is of course my own prayer that every nation shall enjoy fruitful seasons and fertile soil, but I should like to think that Fortune chose Egypt's plight to test your resources and witness your vigilance. Though you deserve prosperity everywhere, in everything, chance adversity clearly provides a field of opportunity for your gifts and talents; for prosperity proves men to be fortunate, while it is adversity which makes them great. For long it was generally believed that Rome could only be fed and maintained with Egyptian aid, so that this vain and presumptuous nation used to boast that they must still feed their conquerors, that their river and their ships ensured our plenty or our want. Now we have returned the Nile its riches, sent back the corn we received; it has had to take home the harvests it used to dispatch across the sea. Let this be a lesson to Egypt; let her learn by experience that her

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

nobis sed tributa praestare; sciat se non esse populo
4 Romano necessariam, et tamen serviat. Post haec,
si volet, Nilus amet alveum suum et fluminis modum
servet: nihil hoc ad urbem ac ne ad Aegyptum
quidem, nisi ut inde navigia inania et vacua et
similia redeuntibus, hinc plena et onusta et qualia
solent venire mittantur, conversoque munere maris
hinc potius venti ferentes et brevis cursus optentur.
5 Mirum, Caesar, videretur, si desidem Aegyptum
cessantemque Nilum non sensisset urbis annona;
quae tuis opibus, tua cura usque illuc redundavit, ut
simul probaretur et nos Aegypto posse et nobis
6 Aegyptum carere non posse. Actum erat de
fecundissima gente, si libera fuisset; pudebat
sterilitatis insolitae nec minus erubescerat fame
quam torquebatur, cum pariter a te necessitatibus
eius pudorique subventum est. Stupebant agricolae
plena horrea quae non ipsi refersissent, quibus de
campis illa subvecta messis, quae in Aegypti parte
alius annis. Ita beneficio tuo nec maligna tellus, et
obsequens Nilus Aegypto quidem saepe, sed gloriae
nostrae numquam largior fluxit.

32. Quam nunc iuvat provincias omnes in fidem
nostram dicionemque venisse, postquam contigit
princeps, qui terrarum fecunditatem nunc huc nunc

PANEGYRICUS, 31. 3-32. 1

business is not to allow us food but to pay a proper tribute; let her realize that she is not indispensable to the people of Rome although she is their servant. Henceforth, if it wishes, the Nile can stick to its bed and content itself with a river's proper form—it will make no difference to Rome, nor to Egypt either, except that ships will leave her country cargoless and empty, as once they used to return, while from Rome they will sail filled with the cargo they once brought to us. The sea's function thus reversed, it will be from here that a following wind and a shortened voyage are the object of the sailors' prayer. It might seem a miracle, Caesar, that the city's corn-supply had been unaffected by Egypt's shortcomings and the defection of the Nile, but thanks to your vigilance and bounty it has been dispensed so freely that two points are proved: we have no need of Egypt, but Egypt must always need us. She is finished—that country which might have been so productive had she been free. Humiliated by her strange sterility she blushed for her famine as much as she suffered thereby, when your intervention not only answered her needs but also pricked her self-esteem. Her farmers stared in amazement at granaries filled by other hands than theirs: what fields had produced such a harvest? Where in Egypt was there another river? Thus by your gracious aid the earth has not be-~~grudged~~ her fruits, and if the Nile has often shown itself more propitious to Egypt, it has never flowed more generously for our glory.

32. What a benefit it is for every province to have come under our rule and protection when we are blessed with a prince who could switch earth's bounty

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

illuc, ut tempus et necessitas posceret, transferret referretque, qui diremptam mari gentem ut partem aliquam populi plebisque Romanae aleret ac tueretur!

2 Et caelo quidem numquam benignitas tanta, ut omnes simul terras uberet foveatque: hic omnibus pariter si non sterilitatem, at mala sterilitatis exturbat, hic si non fecunditatem, at bona fecunditatis importat, hic alternis com meatibus Orientem Occidentemque conecit, ut quae ferunt quaeque expetunt opes¹ gentes, discant invicem capiant, quanto libertati discordi servientibus sit utilius unum esse cui

3 serviant. Quippe discretis quidem bonis omnium sua cuiusque ad singulos mala, sociatis autem atque permixtis singulorum mala ad neminem, ad omnes omnium bona pertinent. Sed sive terris divinitas quaedam, sive aliquis annibus genius, et solum illud et flumen ipsum precor, ut hac principis benignitate contentum molli gremio semina recondat, multi-

4 plicata restituat. Non quidem repositum fenus: putet tamen esse solvendum, fallacemque unius anni fidem omnibus annis omnibusque postea saeculis tanto magis quia non exigimus excuset.

33. Satis factum qua civium qua sociorum utilitatibus. Visum est spectaculum inde non enerve nec fluxum, nec quod animos virorum molliret et frangeret, sed quod ad pulchra vulnera contemptumque mortis accenderet, cum in servorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis et cupido victoriae

2 cerneretur. Quam deinde in edendo liberalitatem,

¹ opes *M*: omnes *Puteolanus*.

here and there, as occasion and necessity require, bringing aid and nourishment to a nation cut off by the sea as if its people were numbered among the humbler citizens of Rome! Even the heavens can never prove so kind as to enrich and favour every land alike; but he can banish everywhere the hardships if not the condition of sterility, and introduce the benefits of fertility, if not fertility itself. He can so join East and West by convoys that those peoples who offer and those who need supplies can learn and appreciate in their turn after experiencing licence and discord, how much they gain from having one master to serve. Divide a common property, and each individual must bear his own losses; but where everything is jointly held, no one suffers personal loss and all share in the common wealth. Yet if there be divinities in earth and spirit-powers in streams, this is my plea to the soil and river of Egypt: ask no more of our prince's generosity, take the seed sowed in your soft embrace and return it multiplied. We ask no interest, but remember that you have a debt to repay; redeem the broken promise of a single year in all the years and all the centuries to come, the more so as we are making no demands.

33. Citizens and allies alike had had their needs supplied. Next came a public entertainment—nothing lux or dissolute to weaken and destroy the manly spirit of his subjects, but one to inspire them to face honourable wounds and look scorn on death, by exhibiting love of glory and desire for victory even in the persons of criminals and slaves. What generosity went to provide this spectacle! and what

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

quam iustitiam exhibuit omni adfectione aut intactus aut maior! Impetratum est quod postulabatur, oblatum quod non postulabatur. Institit ultro et ut concupisceremus admonuit, ac sic quoque plura
3 inopinata plura subita. Iam quam libera spectantium studia, quam securus favor! Nemini impietas ut solebat obiecta, quod odisset gladiatorem; nemo e spectatore spectaculum factus miseris voluptates
4 unco et ignibus expiavit. Demens ille verique honoris ignarus, qui crimina maiestatis in harena colligebat, ac se despici et contemni, nisi etiam gladiatores eius veneremur, sibi male dici in illis, suam divinitatem suum numen violari interpretabatur, cumque se idem quod deos, idem gladiatores quod se putabat.

34. At tu Caesar, quam pulchrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti! Vidimus delatorum agmen¹ inductum, quasi grassatorum quasi latronum. Non solitudinem illi, non iter sed templum sed forum insederant; nulla iam testamenta secura, nullius status certus; non orbitas, non liberi proderant.
2 Auxerat hoc malum partim <. . . partim>² avaritia. Advertisti oculos atque ut ante castris, ita postea

¹ agmen *Cuspinianus: om. M.*

² partim *M: principum Puteolanus: partim add. Mynors: lacuna nondum expleta.*

¹ A further reference to Domitian.

impartiality the Emperor showed, unmoved as he was by personal feelings or else superior to them. Requests were granted, unspoken wishes were anticipated, and he did not hesitate to press us urgently to make fresh demands; yet still there was something new to surpass our dreams. How freely too the spectators could express their enthusiasm and show their preferences without fear! No one risked the old charge of impiety if he disliked a particular gladiator; no spectator found himself turned spectacle, dragged off by the hook to satisfy grim pleasures, or else cast to the flames! He was a madman, blind to the true meaning of his position, who used the arena for collecting charges of high treason, who felt himself slighted and scorned if we failed to pay homage to his gladiators, taking any criticism of them to himself and seeing insults to his own godhead and divinity; who deemed himself the equal of the gods yet raised his gladiators to be his equal.

34. But what a splendid spectacle you showed us, Caesar, by contrast with that hateful scene! There we saw the informers marched in, like a band of robbers or brigands, only their haunts had not been at the roadside or in lonely spots, but in temple² and forum. No will was safe from them, no position secure; to be childless or a parent was equally of no avail. It had been a growing evil, partly through³, partly through greed. Then you turned your attention to it, and peace was restored.

² Possibly the Temple of Saturn is meant, i.e. the treasury. Cf. 36. 1.

³ Some word is needed to express Domitian's fear or suspicion.

PANEGRYICUS OF PLINIUS SECUNDUS

pacem foro reddidisti; excidisti intestinum malum
et provida severitate cavisti, ne fundata legibus
3 civitas eversa legibus videretur. Licet ergo cum
fortuna tum liberalitas tua visenda nobis praebuerit,
ut praebuit, nunc ingentia robora virorum et pares
animos, nunc immanitatem ferarum, nunc mansue-
tudinem incognitam, nunc secretas illas et arcanas
ac sub te primum communes opes, nihil tamen
gratius, nihil saeculo dignius, quam quod contigit
desuper intueri delatorum supina ora retortasque
4 cervices. Agnoscebamus et fruebamur, cum velut
piaculares publicae sollicitudinis victimae supra
sanguinem noxiorum ad lenta supplicia gravioresque
5 poenas ducerentur. Congesti sunt in navigia raptim
conquisita ac tempestatibus dediti: abirent fugerent
vastatas delationibus terras, ac si quem fluctus ac
procellae scopulis reservassent, hic nuda saxa et
inhospitale litus incoleret, ageret duram et anxiam
vitam, relictaque post tergum totius generis humani
securitate maereret.

35. Memoranda facies, delatorum classis per-
missa omnibus ventis, coactaque vela tempestatibus
pandere iratosque fluctus sequi, quoscumque in scopu-
los detulissent. Iuvabat prospectare statim a portu
sparsa navigia, et apud illud ipsum mare agere principi
396

to the forum as it had been to the army-camps. You cut out the canker in our midst; your stern providence ensured that a state founded on laws should not appear to perish through the laws' abuse. So although your high estate and generosity enabled you to present the spectacle we saw, first men whose spirit matched their mighty physique, then animals in their natural state of savagery, and also tamed in unexpected degree, then the riches hitherto kept hidden in secret and now, in your reign, to be shared by all; yet nothing was so popular, nothing so fitting for our times as the opportunity we enjoyed of looking down at the informers at our feet, their heads forced back and faces upturned to meet our gaze. We knew them and rejoiced; like victims chosen to atone for the sufferings of their country, treading in the blood of the criminals before them, they were led to long-lasting punishment and more fearful retribution. Ships were hastily produced, and they were crowded on board and abandoned to the hazard of wind and weather. Well, let them go, and flee from the lands their informing had left desolate; and if the stormy sea casts anyone alive on the rocks, let him eke out a wretched existence on the bare crags of a hostile shore, and suffer in the knowledge that by his departure the entire human race is relieved of its cares.

35. The sight was unforgettable: a whole fleet of informers thrown on the mercy of every wind, forced to spread sail before the tempests, driven by the fury of the waves on to the rocks in their course. What joy for us to watch the ships scattered as soon as they left harbour, and on the very water's edge to render

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

- gratias, qui clementia sua salva ultionem hominum
2 terrarumque dis maris commendasset. Quantum
diversitas temporum posset, tum maxime cognitum
est, cum isdem quibus antea cautibus innocentissimus
quisque, tunc nocentissimus adfigeretur, cumque
insulas omnes, quas modo senatorum, iam delatorum
turba completeret; quos quidem non in praesens tantum,
sed in aeternum repressisti, mille poenarum indagine
3 inclusos. Ereptum alienas pecunias eunt; perdant,
quas habent. Expellere penatibus gestiunt: suis
exturbentur neque ut antea exsanguem illam et
ferream frontem nequiquam convulnerandam prae-
beant punctis, et notas suas rideant, sed expectent
paria praemio damna, nec maiores spes quam metus
habeant, timeantque quantum timebantur.
- 4 Ingenti quidem animo divus Titus securitati
nostrae ultionique prospexerat, ideoque numinibus
aequatus est: sed quanto tu quandoque dignior
caelo, qui tot res illis adiecisti, propter quas illum
deum fecimus! Id hoc magis arduum fuit, quod
imperator Nerva te filio, te successore dignissimus
perquam magna quaedam edicto Titi adstruxerat,
nihilque reliquisse nisi tibi videbatur, qui tam multa
excogitasti, ut si ante te nihil esset inventum.
Quae singula quantum tibi gratiae dispensata

¹ Pliny has forgotten that many of the *delatores* were senators; e.g. Messalinus, Regulus, and Veiento.

thanks to our ruler who in his unfailing mercy had preferred to entrust vengeance over men on earth to the gods of the sea! Then indeed we knew how times had changed; the real criminals were nailed to the very rocks which had been the cross of many an innocent man; the islands where senators were exiled were crowded with the informers¹ whose power you had broken for all time, not merely for a day, held fast as they were in the meshes of punishments untold. They set out to rob other men of money: now let them lose their own. They sought to evict men from their homes: let them be homeless too. Let them stop presenting a brazen and unblushing front, unmarked by any disgrace, stop laughing off all reproaches. Now they can expect losses in proportion to their rewards, and know apprehension to match their former hopes; now they can feel the fear they once inspired.

It is true that the divine Titus² in the nobility of his spirit had taken measures for our security and need for vengeance, and because of this was placed among the gods; but how much more will you one day deserve your seat in heaven, for all your additions to those measures for which we recognized his godhead! And your achievement was the more difficult because the Emperor Nerva,³ worthy as he was of you as his son and successor, had himself made notable additions to Titus's edict, so that it seemed that nothing was left—except for you, whose ideas were so many that nothing might have been thought of before. Had you dispensed these favours singly

² Suetonius, *Titus* 8. 5.

³ Dio, LXVIII. 1. 2.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

5 adiecissent! At tu simul omnia profudisti,¹ ut sol et dies non parte aliqua sed statim totus, nec uni aut alteri sed omnibus in commune profertur.

36. Quam iuvat cernere aerarium silens et quietum, et quale ante delatores erat! Nunc templum illud nunc vere dei <sedes>,² non spoliarium civium cruentarumque praedarum saevum receptaculum, ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus in quo 2 optimo principe boni malis impares essent. Manet tamen honor legum, nihilque ex publica utilitate convulsum, nec poena cuiquam remissa, sed addita est ultio, solumque mutatum, quod iam non delatores 3 sed leges timentur. At fortasse non eadem severitate fiscum qua aerarium cohibes: immo tanto maiore quanto plus tibi licere de tuo quam de publico credis. Dicitur actori atque etiam procuratori tuo: 4 "In ius veni, sequere ad tribunal." Nam tribunal quoque excogitatum principatui³ est par ceteris, nisi illud litigatoris amplitudine metiaris. Sors et urna fisco iudicem adsignat; licet reicere, licet exclamare: "Hunc nolo, timidus est et bona saeculi parum intellegit; illum volo, qui Caesarem fortiter amat." Eodem foro utuntur principatus et libertas; quae praecipua tua gloria est, saepius vincitur fiscus, cuius mala causa numquam est nisi sub bono principe.

¹ profudisti *Catanaeus*: perfudisti *M.*

² dei sedes *Schwarz*: deus *M.*

³ principatui *Lipsius*: cruciatum *M.*

¹ The *Digest* (I. 2. 2. 32) says that Nerva set up a special praetor's court to judge cases between individuals and the *fiscus*. (Under Hadrian the creation of equestrian *advocati fisci* made this court superfluous. *S.H.A. Hadr.* 20. 6.) It is implied here that litigants were free to use which court they preferred.

PANEGYRICUS, 35. 4-36. 4

our gratitude would be immense; instead, you chose to pour them out together, like the light of day or the sun, shining not partially on one man or another, but instantly as a bright whole over all alike.

36. It is a pleasure to see peace and quiet restored to the treasury, to see it as it was before the days of informers. Now it is a real temple and sanctuary of a god, not a mortuary of citizens and a grim depository for blood-soaked spoils, no longer the one place left in the world where even under an excellent ruler the good were still at the mercy of the wicked. The laws still command respect, and public utility is in no way diminished; but a new vengeance is added to existing penalties, and the sole innovation lies in the fact that men no longer go in fear of informers: instead, they fear the law. It may be thought that you are less strict in your control of the imperial exchequer than of the treasury, but in fact you are all the stricter through believing that you have a freer hand to deal with your own money than with the public's. Anyone may call your procurator or his agent to justice, to appear in court—for an emperor's court¹ is set up which differs from the rest only in the eminence of the person concerned in its workings. Lots drawn from the urn assign the exchequer its magistrate, who can be rejected at any one's protest: "Not him, he's weak and out of touch with the spirit of the age—that's the man, independent and loyal subject of Caesar!" The same court serves the principate and the cause of liberty; and nothing brings you greater honour than the fact that it is the exchequer which often loses its case—for only under an honest ruler is defeat possible.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

5 Ingens hoc meritum; maius illud quod eos procuratores habes, ut plerumque cives tui non alios iudices malint. Liberum est autem discrimini suo locum¹ eligere. Neque enim ullam necessitatem muneribus tuis addis, ut qui scias hanc esse beneficiorum principalium summam, si illis et non uti licet.

37. Onera imperii pleraque vectigalia institui ut pro utilitate communi ita singulorum <cum>² iniuriis coegerunt.³ <In> his⁴ vicesima reperta est, tributum tolerabile et facile heredibus dumtaxat extraneis,² domesticis grave. Itaque illis inrogatum est, his remissum, videlicet quod manifestum erat quanto cum dolore laturi seu potius non laturi homines essent destringi aliquid et abradi bonis, quae sanguine gentilitate sacrorum denique societate meruissent, quaeque numquam ut aliena et speranda sed ut sua semperque possessa ac deinceps proximo cuique³ transmittenda cepissent. Haec mansuetudo legis veteribus civibus servabatur: novi, seu per Latium

¹ discriminis volo cum *M*: corr. *Madvig*.

² cum add. *Baehrens*: non sine post ita *Keil*: om. *M*.

³ coegerunt *Catanaeus*: cogentur *M*.

⁴ in his *Keil*: his *M*.

¹ The *vicesima hereditatum*, created by Augustus in A.D. 6, which, with the *centesima rerum venalium*, was the chief source of income of the *aerarium militare*. P. devotes five chapters

And there is even greater merit in your choice of procurators, the sort of men (whom most of your subjects) choose to try their cases in preference to anyone else, although they are free to take these to any court they wish. For you lay no one under obligation to use the amenities you provide, being well aware that a prince's benefactions reach their highest point when he permits his subjects to dispense with them at will.

37. The burdens of empire have necessitated the introduction of several taxes, at the expense of the individual in order to benefit the country as a whole. Among these is the five per cent inheritance tax,¹ one which is more readily acceptable when it is con- fin- ed to distant heirs, but which weighs heavily on direct heirs within the family. And so hitherto it was applied to the former cases and remitted in the latter, doubtless because it was obvious how hardly men would accept—or rather, not accept—any reduc- tion and diminution of the property assured them through ties of blood and kinship, and the bond of family rites, something which they had never considered as an expectation from another's hands but as their own permanent possession, to be passed on one day to their nearest relative in their turn. This legal concession was reserved for citizens of long standing; recent ones, whether they had been granted citizenship after holding Latin rights² or

to a colourful account of beneficial changes, but as an ex-treasury official he could well have been more precise.

¹ *Ius Latii* was normally an intermediate stage in the pro- motion to full citizenship. For imperial gifts of citizenship cf. Tacitus, *Ann.* XI. 23-4 (Claudius and the Aedui).

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

in civitatem seu beneficio principis venissent, nisi simul cognationis iura impetrassent, alienissimi habentur, quibus coniunctissimi fuerant. Ita maximum beneficium vertebatur in gravissimam iniuriam, civitasque Romana instar erat odii et discordiae et orbitatis, cum carissima pignora salva ipsorum pietate distraheret. Inveniebantur tamen, quibus tantus amor nominis nostri, ut Romanam civitatem non vicesimae modo verum etiam adfinitatum damno bene compensari putarent; sed his maxime debebat gratuita contingere, a quibus tam magno aestimabatur. Igitur pater tuus sanxit, ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis pervenisset ad matrem, etiamsi cognationum iura non recepissent, cum civitatem apiscerentur, eius vicesimam ne darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo reductus esset in patris potestatem/ratus improbe et insolenter ac paene impie his nominibus inseri publicanum, nec sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines velut intercedente vicesima scindi; nullum tanti esse vectigal, quod liberos ac parentes faceret extraneos.

38. Hactenus ille, parcius fortasse quam decuit optimum principem, sed non parcius quam optimum patrem, qui adoptaturus hoc quoque parentis indul-

¹ *Iura cognationis*. Pliny is far from clear, but presumably means that for the exemptions to operate both testator and heir had to be citizens of long standing unless the newly-created citizen had his *ius cognationis* with his relative explicitly recognized.

² *I.e.* Nerva.

through gift of the Emperor, unless at the same time they had received rights of kinship,¹ were treated as a wholly different category from those with whom they had the closest ties. As a result, what should have been a considerable benefit turned into a grave injustice, and Roman citizenship came to stand for hatred, dissension, and deprivation, since it parted relatives who were dear to each other, regardless of their ties of affection. Even so, people were found for whom the name of Roman meant so much that it seemed adequate compensation not only for a five per cent tax but even for the wrong done their kindred; though the value they put on citizenship gave them the best claim to enjoy it tax-free.

Consequently, your father² decreed that any property passing from a mother to her children, or from children to their mother, even in the absence of kindred rights, provided that they were citizens, should be exempt from the five per cent tax. He extended the same exemption to a son in respect of his father's property, provided that he was still under his father's authority, thinking that it was excessive, unprecedented, and might even be called impious for a tax-collector's name to be associated with theirs; and that it was positively sacrilegious for a relationship so sacred to be severed by the intervention of an inheritance tax. Indeed, he thought that no tax was worth the cost of estranging parents and children.

38. That was as far as he went; a perfect ruler might possibly have been more generous, but not a perfect father; for it was his intention to adopt you, and he gave indication of his parental indulgence by

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

gentissimi fecit, quod delibasse¹ quaedam seu potius demonstrasse contentus, largam ac prope intactam
2 bene faciendi materiam filio reservavit. Statim ergo muneri eius liberalitas tua adstruxit, ut, quemadmodum in patris filius, sic in hereditate filii pater esset immunis, nec eodem momento quo pater esse desisset, hoc quoque amitteret quod fuisset.
3 Egregie, Caesar, quod lacrimas parentum vectigales esse non pateris. Bona filii pater sine deminutione possideat, nec socium hereditatis accipiat, qui non habet luctus; nemo recentem et attonitam orbitatem ad computationem vocet, cogatque patrem quid
4 reliquerit filius scire. Augeo, patres conscripti, principis munus, cum ostendo liberalitati eius inesse rationem. Ambitio enim et iactantia et effusio et quidvis potius quam liberalitas existimanda est, cui
5 ratio non constat. Dignum ergo, imperator, mansuetudine tua minuere orbitatis iniurias, nec pati quemquam filio amisso insuper adfici alio dolore. Sic quoque abunde misera res est pater filio solus
6 heres: quid si coheredem non a filio accipiat? Adde quod cum divus Nerva sanxisset, ut in paternis bonis liberi necessitate *vicesimae* solverentur, congruens erat eandem immunitatem parentes in liberorum
7 bonis obtinere. Cur enim posteris amplior honor quam maioribus haberetur, curve non retro quoque recurreret aequitas [non]² eadem? Tu quidem,

¹ delibasse *Cuspinianus*: deliberasse *M*.

² non *M*: *del. Puteolanus*.

PANEGYRICUS, 38. 1-7

doing no more than touch on or outline what was needed while leaving to his son free and ample opportunity for doing good. Accordingly, without delay, your generosity built on his foundations by extending the immunity enjoyed by a son in regard to his father's property to a father on inheriting his son's, so that the loss of his status of fatherhood should not end its privileges. It was nobly done, Caesar, to refuse to tax a father's tears—a father should take possession of his son's property without forfeiture, and not have to share his inheritance with those who cannot share his grief. No one should demand accounts from one suffering from the recent shock of bereavement, nor compel a father to estimate what he has been left by his own son. And I can emphasize the generosity of our prince's gift, Conscript Fathers, by pointing out that it was thoughtfully planned; for without thought there is no true generosity, only extravagance, ostentation, and the desire to please. It was, then, an act worthy of your clemency to soften the pangs of bereavement and not to permit further sorrows to add to the grief of losing a son. It is grief enough already for a father to outlive his son as his sole heir; what if he has to share the inheritance with another not of his son's choosing? Besides, when the divine Nerva decreed that children should be exempt from the five per cent tax on their father's property it was only logical that the immunity should be extended to fathers with regard to the property of their children. Why should the younger generation be held in higher honour than the older one? And why should justice not equally apply to old and young

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

Caesar, illam exceptionem removisti, " si modo filius in potestate fuisset patris," intuitus, opinor, vim legemque naturae, quae semper in ditione parentum esse liberos iussit, nec uti inter pecudes sic inter homines potestatem et imperium valentioribus dedit.

39. Nec vero contentus primum cognationis gradum abstulisse vicesimae, secundum quoque exemit cavitque ut in sororis bonis frater, et contra in fratris soror, utque avus avia in neptis nepotisque, 2 et invicem illi servarentur immunes. His quoque quibus per Latium civitas Romana patuisset, idem indulisit omnibusque inter se cognationum iura comisit, simul et pariter et more naturae, quae priores principes a singulis rogari gestiebant, non tam 3 praestandi animo quam negandi. Ex quo intellegi potest quantae benignitatis quanti spiritus fuerit, sparsas atque, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere atque conectere et quasi renasci iubere, deferre quod negabatur, atque id praestare cunctis, quod saepe singuli non impetrassent; postremo ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones, tam 4 numerosam obligandi imputandique materiam. Indignum, credo, ei visum ab homine peti quod di dedissent. Soror estis et frater, avus et nepotes: quid est ergo cur rogetis ut sitis? Vobis est is.¹

¹ est is *Scaliger*: estis *M.*

alike? You also removed the clause ^{条款} provided that he was still under his father's authority", in the belief, I imagine, that there is a natural law compelling children always to be obedient to their fathers, one which does not reduce the human race to the level of the animal world, where power and authority go to the stronger.

39. Nor was he satisfied with removing the tax from the first degree of kinship; he also exempted the second degree, and granted immunity to brothers and sisters in respect of each others' property, and to grandparents and grandchildren in the same way. Furthermore, he granted the same concession to those who had gained Roman citizenship through their Latin rights, while at a single stroke to all alike were granted according to Nature's law the rights of kinship which his predecessors had preferred to leave for individual petitions, though not so much with the intention of granting these as of dismissing ^{拒绝} them with a refusal. Here is clear proof of his imagination and his benevolence to gather up and reunite the torn and scattered members of a family, to breathe into it new life, to concede what was hitherto refused, and grant to all what individuals had often failed to obtain: in short, to deny himself so many chances of showing himself a benefactor, so many opportunities for gaining credit and putting his subjects in his debt. No doubt he thought it unsuitable that a man should have to ask for what the gods had bestowed. You are brother and sister, grandparent and grandchild; what need is there to ask permission to be what you are? You are blessed with a ruler who with his usual forbearance finds it

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

qui¹ pro cetera sua moderatione non minus invidio-
5 sum putat dare hereditatem quam auferre. Laeti
ergo adite honores, capessite civitatem; neminem
hoc necessitudinis abruptum velut truncum amputa-
tumque destituet; isdem omnes quibus ante pignori-
bus, sed honestiores perfrentur.

Ac ne remotioris quidem iamque deficientis
adfinitatis gradus a qualibet quantitate vicesimam
ut prius inferre cogentur. Statuit enim communis
omnium parens summam, quae publicanum pati
possit. 40. Carebit onere vicesimae parva et exilis
hereditas, et si ita gratus heres volet, tota sepulcro
tota funeri serviet; nemo observator nemo castigator
adsistet. Cuicumque modica pecunia ex hereditate
alicuius obvenerit, securus habeat quietusque possi-
2 deat. Ea lex vicesimae dicta est, ut ad periculum
eius perveniri nisi opibus non possit. Conversa est
iniquitas in gratulationem, iniuria in votum: optat
3 heres ut vicesimam debeat. Additum est, ut qui
ex eius modi causis in diem edicti vicesimam deberent,
nondum tamen intulissent, non inferrent. At in
praeteritum subvenire ne di quidem possunt: tu
tamen subvenisti cavistique ut desineret, quisque
debere, quod <nemo>² esset postea debiturus, idem
4 effecisti ne malos principes habuissemus. Quo in-

¹ qui *M*: quippe *Keil*: quibus *Kukula*.

² nemo *Mynors*: non *Puteolanus*: *om. M*.

¹ Dio (LV. 25. 5) says that the tax was paid by all except close relatives and poor persons. Nothing is known of the value of the small estates exempt.

no less distasteful to have to permit enjoyment of an inheritance than to appropriate it. You can accordingly seek office and welcome citizenship without misgivings, confident that these new obligations will leave no one broken and desolate, like a tree shorn of its boughs. All may delight in their family ties as before, while enjoying increase of status.

Moreover, even in cases of remoter degrees of kinship, where ties are correspondingly weaker, there will no longer be the same liability as before to the inheritance tax on any and every sum. 40. The amount which shall be subject to taxation has been fixed by the common Father of us all. Small estates,¹ with no large sums involved, will be exempt from the tax; if the grateful heir so wishes, he can devote everything to the costs of funeral rites and a tomb—no one will stand over him to witness and censure what he does. Anyone then who inherits a modest sum will be able to enjoy it without care or anxiety. Since wealth alone is affected under the express terms of the inheritance law, the unequal burden of taxation has become a source of congratulations and its hardships to be desired: every heir positively hopes to be liable to tax. A further clause allows exemption to all who were liable under the old law but only up to the day of the new act, and have not yet paid.² Even the gods lack the power to remedy the past; yet this is precisely what you have done, in providing for the cancellation of debts which would cease to exist in future; thanks to you, we might never have had

² Two reliefs from the Forum show the burning of registers, which may illustrate this.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

genio, si natura pateretur, quam libenter tot spoliatis
5 tot trucidatis bona et sanguinem refudisses! Vetuisti
exigi quod deberi non tuo saeculo coeperat. Alius
ut contumacibus irasceretur, tarditatemque solvendi
dupli vel etiam quadrupli irrogatione multaret; tu
nihil referre iniquitatis existimas, exigas quod deberi
non oportuerit, an constituas ut debeatur.

41. Feres, Caesar, curam et sollicitudinem con-
sularem. Nam mihi cogitanti eundem te collationes
remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse,
delatores abegisse, vectigalia temperasse, interro-
gandus videris, satisne computaveris imperi redditus.
An tantas vires habet frugalitas principis, ut tot
2 impendiis tot erogationibus sola sufficiat? Nam quid
est causae cur aliis quidem, cum omnia raperent et
rapta retinerent, ut si nihil rapuissent nihil retinuis-
sent, defuerint omnia; tibi cum tam multa largiaris
et nihil auferas, ut si nihil largiaris et auferas omnia,
3 <omnia>¹ supersint? Numquam principibus de-
fuerunt, qui fronte tristi et gravi supercilio utilitati-
bus fisci contumaciter adessent. Et erant principes
ipsi sua sponte avidi et rapaces et qui magistris non
egerent; plura tamen semper a nobis contra nos
didicerunt. Sed ad tuas aures cum ceteris omnibus

¹ omnia *add. Schwarz: om. M.*

the evil emperors before you. In this spirit, had it been possible, how gladly would you have restored their life-blood and their fortunes to so many victims of butchery and spoliation! You forbade the collection of debts contracted before your reign; but another would have suspected a refusal to submit, vented his anger accordingly, and punished delay in payment by exacting twice or four times the amount. You find nothing to choose between the unfair exaction of debts which should never have been contracted and their unjust imposition.

41. You will bear with my anxieties, Caesar, my concern as consul. Your refusal to accept gifts of money, your distribution of the military bonus and civilian largess, dismissal of informers and reduction of taxes—the thought of all this makes me feel I should ask you whether you have given due thought to the Empire's revenues. Are there sufficient resources to support the Emperor's economy and enable it to bear unaided the cost of paying out such sums? Others were robbers on a large scale and kept their ill-gotten gains, yet they might have taken and kept nothing, for they were always penniless; whereas you have given so much and taken nothing; but always have enough and to spare as if you had given nothing and taken all. What is the explanation? Our rulers have always had people at their side who were all too ready to keep a stern and unremitting eye on the needs of the exchequer. There were even emperors whose personal cupidity and greed for gain needed no teaching, though in most cases instruction—to our own detriment—has come from us. But to your ears the approach is

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

tum vel maxime avaris adulationibus obstructus est
4 aditus. Silent ergo et quiescunt, et postquam non
est cui suadeatur, qui suadeant non sunt. Quo
evenit ut, cum plurimum tibi pro tuis, plus tamen
pro nostris moribus debeamus.

42. Locupletabant et fiscum et aerarium non tam
Voconiae et Iuliae leges, quam maiestatis singulare
et unicum crimen, eorum qui crimine vacarent.
Huius tu metum penitus sustulisti, contentus magni-
tudine qua nulli magis caruerunt, quam qui sibi
2 maiestatem vindicabant. Reddita est amicis fides,
liberis pietas, obsequium servis: verentur et parent
3 et dominos habent. Non enim iam servi nostri
principis amici sed nos sumus, nec pater patriae
alienis se mancipiis cariorem quam civibus suis credit.
Omnes accusatore domestico liberasti, unoque salutis
publicae signo illud, ut sic dixerim, servile bellum
sustulisti. In quo non minus servis quam dominis
praestitisti: nos enim securos, illos bonos fecisti.
4 Non vis in te ea laudari, nec fortasse laudanda sint;
grata sunt tamen recordantibus principem illum in
capita dominorum servos subornantem, monstran-
temque crimina quae tamquam delata puniret,
magnum et inevitabile ac totiens cuique experiendum

¹ The law of the tribune Titus Voconius of 169 B.C. restricting the rights of inheritance of daughters; for the *Lex Iulia* cf. ch. 26. 5, and note.

PANEGYRICUS, 41. 3-42. 4

closed for insinuating ^{日語} counsel of every kind, and especially that of avarice. ^高 It dries up and falls silent, for where there is no one to hear advice, soon there is none to proffer it. Consequently we are deeply in your debt, and doubly so—for your own character, and even more for the improvement it has made in our own.

42. Both exchequer and treasury used to be enriched not so much by the Voconian¹ and Julian laws as from the charges of high treason, the unique and only way of incriminating men who had committed no crime. You completely removed our dread of this, content to show the nobility which none had lacked so much as those who used to pretend ^{付託} to majesty. Loyalty is restored among friends, a sense of duty to freedmen and obedience to slaves—who can now respect and obey and keep their masters. Henceforth it is we who are the Emperor's friends, not our slaves, and the Father of our country puts his own subjects' affection above that of persons held in bondage to other men. You have freed us all from the accuser in our homes, and by raising the standard of public safety have effectively suppressed what might be called a servile war—thereby doing a service to slaves by making them better men as well as to their masters in ridding us of our fears. You seek no praise for this, and perhaps it should not be offered, but how welcome it is for those of us who remember that emperor who suborned slaves against the very lives of their masters² and told them the charges he proposed to punish before their information was laid—an evil as fearful as it was unavoidable.

² Cf. Tacitus, *Hist.* I. 2. 6.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

malum, quotiens quisque similes principi servos haberet.

43. In eodem genere ponendum est, quod testamenta nostra secunda sunt, nec unus omnium nunc quia scriptus, nunc quia non scriptus heres. Non tu falsis non tu iniquis tabulis advocaris. Nullius ad te iracundia nullius impietas nullius furor confugit, nec quia offendit alius nuncuparis, sed quia ipse meruisti.

2 Scriberis ab amicis, ab ignotis praeteriris, nihilque inter privatum et principem interest, nisi quod nunc

3 a pluribus amaris; nam et plures amas. Tene, Caesar, hunc cursum, et probabitur experimento, sitne feracius et uberius non ad laudem modo sed ad pecuniam principi, si herede illo mori homines velint,

4 quam si cogantur. Donavit pater tuus multa, <multa>¹ et ipse donasti. Cesserit parum gratus: manent tamen hi qui² bonis eius <fruuntur>,³ nihilque ex illis ad te nisi gloria redit. Nam liberalitatem iucundiolem debitor gratus, clariolem ingratus

5 facit. Sed quis ante te laudem istam pecuniae praetulit? quotus quisque principum ne id quidem in patrimoniis nostris suum duxit, quod esset de suo? Nonne ut regum ita Caesarum munera illitos cibis hamos, opertos praeda laqueos aemulabantur, cum

¹ multa *add. Ernesti: om. M.*

² hi qui *M: aequè in Mommsen.*

³ fruuntur *Keil: fruuntur Catanaeus: om. M.*

¹ Cf. Suetonius, *Dom.* 12. 2; *Nero* 32. 2.

from which there was no escape as long as there was nothing to choose between emperor and slave.

43. In the same category must be placed the new security for wills. No longer can a single heir inherit all, sometimes under the pretext that his name is there in writing, sometimes that it is not.¹ Your own name is not invoked to support forged and unjust documents, nor can anyone make you the excuse for his anger, folly, or neglect of duty. (You are not named as heir because someone else has given offence, but on your own merits, set down by your personal friends and passed over by strangers.) The only difference in fact between your former private life and your present supreme position lies in the greater number of those who love you, as your own affections are more widely spread. Only continue on this course, Caesar, and experience will show (whether the reputation and the purse alike of a prince are not better enriched when his subjects make him their heir at their death from choice rather than from compulsion.) Your father was generous with his gifts, and you have been equally generous. If someone dies now without showing gratitude, still he leaves heirs to his property, and nothing comes to you but an increase in reputation: for generosity may be more fortunate when it receives recognition, but is more glorious when it does not. Yet who before you chose this distinction in preference to additional wealth? How many emperors refused (like you) to consider as theirs even that portion of our patrimony which originally came from them? Is it not true to say that the gifts of emperors like those of kings used to resemble baited hooks or hidden snares, so that

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

privatis facultatibus velut hausta et implicita retro secum quidquid attigerant referrent?

44. Quam utile est ad usum secundorum per adversa venisse! Vixisti nobiscum, periclitatus es, timuisti, quae tunc erat innocentium vita. Scis et expertus es, quanto opere detestentur malos principes, etiam qui malos faciunt. Meministi quae optare nobiscum, quae sis queri solitus. Nam privato iudicio principem geris, meliorem immo te praestas, quam tibi alium precabare. Itaque sic imbuti sumus ut, quibus erat summa votorum melior pessimo princeps, iam non possimus nisi optimum ferre. Nemo est ergo tam tui, tam ignarus sui, ut locum istum post te concupiscat. Facilius est ut esse aliquis successor tuus possit, quam ut velit. Quis enim curae tuae molem sponte subeat? quis comparari tibi non reformidet? Expertus et ipse es, quam sit onerosum succedere bono principi, et adferebas excusationem adoptati. An parva pronaque sunt ad aemulandum quod nemo incolumitatem turpitudine rependit, salva est omnibus vita et dignitas vitae, nec iam consideratus et sapiens, qui aetatem in tenebris agit? Eadem quippe sub principe virtutibus praemia quae in libertate, nec bene factis tantum ex conscientia merces. Amas constantiam civium, rectosque ac vividos animos non

¹ A Stoic concept. Seneca, *Ep. ad Luc.* 81.; Pliny, *Ep.* I. 8. 14.

once entangled with private fortunes they drew out with them whatever they touched?

44. What an advantage it is to have attained success through adversity! You shared our lives, our dangers, our fears, the common lot at that time of all innocent men. You know from experience how bad rulers come to be hated even by those who have corrupted them. You can remember how you joined in our prayers and protests—witness the fact that your sentiments have remained those of a citizen since you become prince, while your merits have proved greater than anything you could have hoped for in another. You have inspired us not to be satisfied with less than perfection in our ruler, whereas hitherto we prayed only for someone who would prove better than the worst. Consequently everyone knows you—and himself—too well to covet your position after you; a willing successor might even be harder to find than a capable one, for who would voluntarily shoulder your burden of responsibility or readily stand comparison with you? Experience has taught you how difficult it is to succeed a good emperor—and you could plead the fact of your adoption. No one could imagine it easy for any comer to repeat a situation where no one need purchase security by disgrace, where everyone's life is safe and safe with honour, where foresight and prudence no longer prompt men to spend a lifetime keeping out of sight. The rewards of virtue are now the same under an emperor as they were in times of liberty, and good deeds win more solid recognition than the mere consciousness of having performed them.¹ You value enterprise in your subjects, you

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

ut alii contundis ac deprimis, sed foves et attollis.
7 Prodest bonos esse, cum sit satis abundeque, si non nocet; his honores his sacerdotia, his provincias offers, hi amicitia tua hi iudicio florent. Acuuntur isto integritatis et industriae pretio similes, dissimiles adliciuntur; nam praemia bonorum malorumque
8 bonos ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio valent ut non turpe honestumque, prout bene ac secus cessit, expetant fugiantve; ceteri, ubi laboris inertiae vigilantiae somno, frugalitatis luxuriae merces datur, eadem ista quibus alios artibus adsecutos vident consectantur, qualesque sunt illi, tales esse et videri volunt, et dum volunt fiunt.

45. Et priores quidem principes, excepto patre tuo, praeterea uno aut altero (et nimis dixi), vitiis potius civium quam virtutibus laetabantur, primum quod in alio sua quemque natura delectat, deinde quod patientiores servitutis arbitrabantur, quos non
2 deceret esse nisi servos. Horum in sinum omnia congerebant, bonos autem otio aut situ abstrusos et quasi sepultos non nisi delationibus et periculis in
3 lucem ac diem proferebant. Tu amicos ex optimis <sumis>,¹ et hercule aequum est esse eos carissimos bono principi, qui invisissimi malo fuerint. Scis, ut

¹ *sumis add. Keil: om. M.*

foster and encourage signs of character and spirit, instead of forcing them into subjection as your predecessors did. People find that honesty pays, now that they are convinced that it does them no harm—indeed, it brings them honours, priesthoods, provinces from your hands, and they flourish in your friendship and favour. This payment for application and integrity spurs on others like them, while encouraging men of different character to mend their ways; for it is the rewards for vice and virtue which make men bad or good. Not many people have a strong enough character to pursue or shun good or evil with no thought of advantage; for the rest, when they see the reward for effort, activity and thrift going to idleness, torpor and extravagance, set about gaining similar advantages by the same devices as they see others use. Their one wish is to resemble such men, be one of them, until their wishing makes them so.

45. Previous emperors, with the exception of your father and one or two more (and that is saying too much), did in fact take more pleasure in the vices of their subjects than in their virtues, first because everyone likes a man after his own heart, then because they supposed that slavery would be more acceptable to people unfitted to be anything but slaves. Such men gathered up all the favours, open-armed; while honest citizens who were forced to bury themselves in retirement were neglected and only saw the light of day at their trials for treason. By contrast, you choose your friends from the best of your subjects, and quite rightly, the affection of a good prince lit on the very men most hated by a bad

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

sint diversa natura dominatio et principatus, ita non aliis esse principem gratiorem, quam qui maxime
4 dominum graventur. Hos ergo provehis et ostentas quasi specimen et exemplar, quae tibi secta vitae, quod hominum genus placeat; et ideo non censuram adhuc, non praefecturam morum recepisti, quia tibi beneficiis potius quam remediis ingenia nostra experiri placet. Et alioqui nescio an plus moribus conferat princeps, qui bonos esse patitur quam qui
5 cogit. Flexibiles quamcumque in partem ducimur a principe atque (ut ita dicam) sequaces sumus. Huic enim cari, huic probati esse cupimus, quod frustra speraverint dissimiles, eoque obsequii continuatione pervenimus, ut prope omnes homines unius moribus vivamus. Porro non tam sinistre constitutum est, ut qui malum principem possumus, bonum non
6 possimus imitari. Perge modo, Caesar, et vim effectumque censurae tuum propositum tui actus obtinebunt. Nam vita principis censura est eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio nobis opus est quam exemplo. Quippe infidelis recti magister est metus. Melius homines exemplis docentur, quae in primis hoc in se boni habent, quod adprobant quae praecipunt fieri posse.

46. Et quis terror valuisset efficere, quod reverentia tui effecit? Obtinuit aliquis ut spectaculum panto-

one. Tyranny and the principate are diametrically opposed; knowing this, you realize how a true prince is most welcome to those who can least endure a tyrant. These then are the men you promote and show as a typical example of the way of life and kind of man you prefer; and if you have not yet assumed the ensorship and superintendence of our morals, it is because you would rather test our character by benefits than correctives. Besides, I fancy that a ruler may do more for the morals of his country by permitting good conduct than by compelling it. (We are easily led wherever he takes us, following (as it were) in his steps; now we see before us one whose affection and approval we all seek to win, in a way those unlike him can never hope to do; so that by the firmness of our allegiance we are reaching the point when we shall all conform with the ways of a single man. (We are surely not so wrong-headed that we can only copy a bad ruler and not a good one.) You need only continue as you are, Caesar, and the principles of your conduct will have the same effective power as a censorship. Indeed, an emperor's life is a censorship, and a true perpetual one;¹ this is what guides and directs us, for example is what we need more than command. Fear is unreliable as a teacher of morals. Men learn better from examples, which have the great merit of proving that their advice is practicable.

46. Could any terror have had the power to effect what has been accomplished through our regard for you? Someone did indeed succeed in suppressing

¹ Domitian was *censor perpetuus* from the end of 85.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

- mimorum populus Romanus tolli pateretur, sed non
2 obtinuit ut vellet: rogatus es tu quod cogebat alius,
coepitque esse beneficium quod necessitas fuerat.
Neque enim a te minore concentu ut tolleres pantomimos, quam a patre tuo ut restitueret exactum est.
3 Utrumque recte: nam et restitui oportebat, quos sustulerat malus princeps, et tolli restitutos. In his enim, quae a malis bene fiunt, hic tenendus est modus, ut appareat auctorem displicuisse non factum.
4 Idem ergo populus ille, aliquando scaenici imperatoris spectator et plausor, nunc in pantomimis quoque aversatur et damnat effeminatas artes et indecora
5 saeculo studia. Ex quo manifestum est principum disciplinam capere etiam vulgus, cum rem si ab uno fiat severissimam fecerint omnes. Macte hac gravitatis gloria, Caesar, qua consecutus es ut, quod antea vis et imperium, nunc mores vocarentur.
6 Castigaverunt vitia sua ipsi qui castigari merebantur, idemque emendatores qui emendandi fuerunt. Itaque nemo de severitate tua queritur, et liberum
7 est queri. Sed cum ita comparatum sit, ut de nullo minus principe querantur homines quam de quo maxime licet, tuo in saeculo nihil est quo non omne

¹ Suetonius, *Dom.* 7. 1. The miming actors and dancers (*pantomimi*) introduced into Rome in 22 B.C. were repeatedly banished by the emperors, but always reappeared. Trajan banished them in 99-100, but they were back for the triumph of the Second Dacian War in 107, and the death of one *maximus pantomimorum* is recorded in S. 173 (ILS 5184).

PANEGYRICUS, 46. 1-7

the mimes¹ and persuading the Roman people to put up with this, though he did not succeed in making them willing to do so. But in your case, the people asked you to take the measures which the other had imposed, seeing them now as a public benefit and not an enforced necessity, as unanimous in their demand for you to do away with the mimes as they had been for your father to restore them. They were right in both cases—it was necessary to restore what a bad emperor had suppressed, and once restored, equally necessary to suppress it, for the rule to follow (when good deeds are done by bad men is to make it clear that the agent deserves censure, not the act. And so the same populace which once watched and applauded the performances of an actor-emperor² has now even turned against the professional mimes, and damns their perverted art as a taste unworthy of our age. This shows that even the vulgar crowd can take a lesson from its rulers, since a reform so sweeping, if once started by an individual, can spread to all. All honour to your noble wisdom, Caesar, for this has enabled you to see an accepted custom take the place of what used to be an arbitrary decree! Of their own accord men who deserved correction have corrected their own faults and proved themselves reformers though previously needing reform. Consequently no one complains of your severity though complaint is open to all. It is always the way that fewest complaints are made about a ruler who allows most freedom to make them, and under your regime there is nothing which can fail to give joy and happiness

² Nero. Cf. Tacitus, *Ann.* XVI. 4.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

8 hominum genus laetetur et gaudeat. Boni prove-
hantur; mali, qui est tranquillissimus status civitatis,
nec timent nec timentur. Vitiorum paenitentiam
expectas, mederis erroribus sed implorantium,¹
omnibusque quos bonos facis hanc adstruis laudem,
ne coegisse videaris.

47. Quid? vitam, quid? mores iuventutis quam
principaliter formas! quem honorem dicendi magis-
tris, quam dignationem sapientiae doctoribus habes!
ut sub te spiritum et sanguinem et patriam receperunt
studia! quae priorum temporum immanitas exsiliis
puniebat, cum sibi vitiorum omnium conscius princeps
inimicas vitii artes non odio magis quam reverentia
2 relegaret. At tu easdem artes in complexu oculis
auribus habes. Praestas enim quaecumque prae-
cipiunt, tantumque eas diligis quantum ab illis
3 probaris. An quisquam studia humanitatis professus
non cum omnia tua tum vel in primis laudibus ferat
4 admissionum tuarum facilitatem? Magno quidem
animo parens tuus hanc ante vos principes arcem
publicarum aedium nomine inscripserat; frustra
tamen, nisi adoptasset qui habitare ut in publicis
5 posset. Quam bene cum titulo isto moribus tuis
convenit, quamque omnia sic facis tamquam non
alius inscripserit! Quod enim forum, quae templa
tam reserata? Non Capitolium ipsaque illa adop-
tionis tuae sedes magis publica magis omnium.

¹ implorantium Schwarz: implorantibus M.

¹ Cf. *Ep.* III. 11; *Tac. Ag.* 2. 1-2; *Suet. Dom.* 10. 3. Domitian banished the philosophers from Rome and Italy in 93.

² The *domus Flavia* on the Palatine; the title is confirmed by ILS 9358.

to every kind of man. The honest find advancement, while the dishonest are neither feared nor unduly fearful, sure proof of the peace and stability of the realm. You wait for repentance of vice, you remedy faults only at the plea of transgressors, and all whom you have made better men are granted the additional merit of not appearing to owe anything to enforced guidance (from you.)

47. As for the lives and characters of the young—how you are forming them in true princely fashion! And the teachers of rhetoric and professors of philosophy—how you hold them in honour! Under you the liberal arts are restored, to breathe and live in their own country—the learning which the barbarity of the past punished with exile, when an emperor acquainted with all the vices sought to banish everything hostile to vice, motivated less by hatred for learning as by fear for its authority.¹ But you embrace these very arts, opening arms, eyes and ears to them, a living example of their precepts, as much their lover as the subject of their regard. Every lover of culture must applaud all your actions, while reserving his highest praise for your readiness to give audiences. Your father had shown his magnanimity by giving the title of “open house” to what (before your time or his) had been a stronghold of tyranny²—yet this would have been an empty formula had he not adopted a son capable of living in the public eye. Between your habits and that inscription, there is perfect accord; every action of yours suggests you might have set it there yourself. No forum, no temple is so free of access; not even the Capitol and the very site of your adoption are more public and

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

Nullae obices nulli contumeliarum gradus superat-
tisque iam mille liminibus ultra semper aliqua dura
6 et obstantia. Magna ante te, magna post te, iuxta
te tamen maxima quies: tantum ubique silentium,
tam altus pudor, ut ad parvos penates et larem
angustum ex domo principis modestiae et tranquillitatis
exempla referantur.

48. Ipse autem ut excipis omnes, ut exspectas!
ut magnam partem dierum, inter tot imperi curas,
quasi per otium transigis! Itaque non albi¹ et
attoniti, nec ut periculum capitis adituri tarditate,
sed securi et hilares cum commodum est convenimus.
2 Et admittente principe interdum est aliquid quod
nos domi quasi magis necessarium teneat: excusati
semper tibi nec umquam excusandi sumus. Scis
enim sibi quemque praestare, quod te videat quod
frequentet, ac tanto liberalius ac diutius voluptatis
3 huius copiam praebes. Nec salutationes tuas fuga
et vastitas sequitur: remoramur resistimus ut in
communi domo, quam nuper illa immanissima belua
plurimo terrore munierat, cum velut quodam specu
inclusa nunc propinquorum sanguinem lamberet,
nunc se ad clarissimorum civium strages caedesque
4 proferret. Obversabantur foribus horror et minae et
par metus admissis et exclusis; ad hoc ipse occursu

¹ albi *Madvig*: anxii, balbi, pallidi *alii*: alii *M*.

¹ Cf. Seneca, *de Ben.* VI. 33. 4; 34. 2.

² Suetonius, *Dom.* 10. 2 and 15. 1. Domitian had put to death the two sons (Flavius Sabinus and Flavius Clemens) of his father's brother, Sabinus.

open to all. There are no obstacles,¹ no grades of entry to cause humiliation,² nor a thousand doors to be opened only to find still more obstacles barring the way. No, everything is peaceful before reaching you and on leaving you and above all, in your presence; such deep silence, such great reverence, that from the prince's house an example of calm and moderation returns to every humble hearth and modest home.

48. And you yourself—awaiting and receiving everyone in person—devote a large part of every day to so many cares of State, while preserving the unhurried atmosphere of a life of leisure. So we gather round you, no longer pale and terrified, slow of step as if in peril of our lives, but carefree and happy, coming when it suits us. And having gained audience, we may at times have something which seems urgent to keep us at home; we are always excused by you, without having to find excuses. Knowing as you do how eager we all are to see and frequent you, you are all the readier to make easy opportunities in advance for this pleasure. Moreover, when our respects are paid, there is no immediate flight to leave the hall empty—we stay behind to linger on as if in a home we share, though this is the place where recently that fearful monster built his defences with untold terrors, where lurking in his den he licked up the blood of his murdered relatives or emerged to plot the massacre and destruction of his most distinguished subjects.³ Menaces and horror were the sentinels at his doors, and the fears alike

¹ Suet. Dom. 10. 2; Tac. Ag. 45; Dio LXVII. 13; Pliny, Ep. I. 5. 3, III. 11. 3.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

quoque visuque terribilis: superbia in fronte, ira in oculis, femineus pallor in corpore, in ore impudentia
5 multo rubore suffusa. Non adire quisquam non adloqui audebat, tenebras semper secretumque captantem, nec umquam ex solitudine sua prodeuntem, nisi ut solitudinem faceret.

49. Ille tamen, quibus sibi parietibus et muris salutem suam tueri videbatur, dolum secum et insidias et ultorem scelerum deum inclusit. Dimovit perfregitque custodias Poena, angustosque per aditus et obstructos non secus ac per apertas fores et invitantia limina irrupit: longe tunc illi divinitas sua, longe arcana illa cubilia saevique secessus, in quos timore et superbia et odio hominum agebatur.
2 Quanto nunc tutior, quanto securior eadem domus, postquam erus¹ non crudelitatis sed amoris excubiis, non solitudine et claustris, sed civium celebritate
3 defenditur! Ecquid ergo? Discimus experimento fidissimam esse custodiam principis innocentiam ipsius. Haec arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Frustra se terrore succinxerit, qui saeptus caritate non fuerit; armis
4 enim arma irritantur. Num autem serias tantum partes dierum in oculis nostris coetuque consumis? non remissionibus tuis eadem frequentia eademque
5 illa socialitas interest? non tibi semper in medio

¹ erus *Baehrens*: eius *M*.

¹ Cf. Suetonius, *Dom.* 18. 1; Tacitus, *Ag.* 45. 3.

² Domitian was assassinated in his palace; Suet. *Dom.* 17.

of admission and rejection; then himself in person, dreadful to see and to meet, with arrogance on his brow and fury in his eye, a womanish pallor spread over his body but a deep flush to match the shameless expression on his face.¹ None dared approach him, none dared speak; always he sought darkness and mystery, and only emerged from the desert of his solitude to create another.

49. Yet though he thought to protect his life behind walls and masonry, locked in with him were treachery, conspiracy, and the god of retribution for his crimes. Vengeance, pushed aside his guards, broke through and burst in by the narrow passages and their barriers, as if the doors stood open and thresholds called her in.² Nothing availed him then—not his divinity, nor those secret chambers, those cruel haunts whither he was driven by his fear and pride and hatred of mankind. How much safer is that same dwelling today, and how much happier, now that its master finds protection in popularity instead of cruelty, and seeks the thronging crowds of his subjects instead of solitude behind locked doors! What is the lesson for us? Experience shows that the one guard which a prince can wholly trust is his own innocence. / The sole citadel without access, the only defences which can never be breached are—never to need them. It is useless for a man to be armed with terror if he lacks the protection of love; for arms only call out more arms.

Nor is it only the working hours of your day which you spend in our midst for all to see; your leisure hours are marked by the same numbers and friendliness. Your meals are always taken in public and

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

cibus semperque mensa communis? non ex convictu nostro mutua voluptas? non provocas reddisque sermones? non ipsum tempus epularum tuarum, 6 cum frugalitas contrahat, extendit humanitas? Non enim ante medium diem distentus solitaria cena, spectator adnotatorque convivis tuis immines, nec ieiunis et inanibus plenus ipse <et> eructans¹ non tam adponis quam obicis cibos quos dedigneris attingere, aegreque perpessus superbam illam convictus simulationem, rursus te ad clandestinam 7 ganeam occultumque luxum refers. Ergo non aurum nec argentum, nec exquisita ingenia cenarum, sed suavitatem tuam iucunditatemque miramur, quibus nulla satietas adest, quando sincera omnia et 8 vera et ornata gravitate. Neque enim aut peregrinae superstitionis ministeria aut obscaena petulantia mensis principis oberrat, sed benigna invitatio et liberales ioci et studiorum honor. Inde tibi parcus et brevis somnus, nullumque amore nostri tempus angustius, quam quod sine nobis agis.

50. Sed cum rebus tuis ut participes perfruamur, quae habemus ipsi, quam propria quam nostra sunt! Non enim exturbatis prioribus dominis omne stagnum, omnem lacum, omnem etiam saltum immensa possessione circumvenis, nec unius oculis flumina

¹ et eructans *Mynors*: ructans *Livineius*: eructans *M*.

¹ In fact, Trajan drank rather heavily. Cf. *SHA Hadr.* 3. 3; *Alex. Sev.* 39. 1.

² Domitian favoured strange cults, and coins of c. 95 show

your table open to all, the repast and its pleasures are there for us to share, while you encourage our conversation and join in it. As for the length of your banquets, polite manners prolong what frugality¹ might cut short. You do not arrive already gorged with a solitary feast before midday, to sit menacingly over your guests, watching and marking all they do, nor when they are fasting and hungry do you belch from a full stomach and present or rather throw at them the food you disdain to touch, and after a pretence at enduring this insulting mockery of a banquet take yourself back to secret gluttony and private excesses. And so it is not the plate of gold and silver, nor the ingenuity of the dishes served which command our admiration, so much as your own courtesy and charm, of which we can never have too much, for all is genuine and sincere and conducted with true dignity. The Emperor has rid his tables of the ministrants of an oriental superstition² and the indecent antics of impudent buffoons; in their place is warm hospitality, love of culture and civilized wit. Then afterwards your sleep is short and sparing, for in your love of us there is no period of your time so short as that you spend alone.

50. Yet while we enjoy your possessions as if we had a share in them, our personal property is truly our own. You do not dispossess existing owners in order to add to your vast domains every marsh and lake, and even pasture-land, rivers, mountains and seas are no longer reserved for the eyes of one man

temples of Cybele and Serapis; cf. Dio LXVII. 9. For Pliny's dislike of such entertainment, cf. *Ep.* IX. 17.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

2 montes maria deserviunt. Est quod Caesar non
suum videat, tandemque imperium principis quam
patrimonium maius est. Multa enim ex patrimonio
refert in imperium, quae priores principes occupa-
3 bant, non ut ipsi fruarentur, sed ne quis alius. Ergo
in vestigia sedesque nobilium immigrant pares
domini. nec iam clarissimorum virorum receptacula
habitatore servo teruntur, aut foeda vastitate pro-
4 cumbant. Datur intueri pulcherrimas aedes detereso
situ auctas ac vigentes. Magnum hoc tuum non
erga homines modo sed erga tecta ipsa meritum,
sistere ruinas solitudinem pellere, ingentia opera
eodem quo exstructa sunt animo ab interitu vindicare.
Muta quidem illa et anima carentia sentire tamen
et laetari videntur, quod niteant quod frequententur,
quod aliquando coeperint esse domini scientis.
5 Circumfertur sub nomine Caesaris tabula ingens
rerum venalium, quo fit¹ detestanda avaritia illius,
qui tam multa concupiscebat, cum haberet supervacua
tam multa. Tum exitialis erat apud principem huic
6 laxior domus, illi amoenior villa: nunc princeps in
haec eadem dominos quaerit, ipse inducit; ipsos illos
magni aliquando imperatoris hortos, illud numquam

¹ quo fit *Perizonius*: quod sit *M.*

¹ The distinction is drawn between the emperor's *patrimonium* and what was subject to his *imperium*. Cf. Seneca, *de Ben.* VII. 6. 2.

² The property of the *fiscus* was sometimes sold off to

alone. The Emperor no longer feels the need to own whatever he sees, and at long last the land subject to his sovereign rights extends farther than his personal property;¹ many of his inherited estates (which his predecessors held not for their own pleasure so much as to deny them to anyone else) are being restored to the State. Thus into the seats and homes of the nobility step new masters equal to the old, and the houses of the great no longer fall to pieces in the hands of a slave for occupant, collapsing in hideous decay. Instead, we may see splendid mansions, extended and flourishing, the dust all swept away: a noble service you render, Caesar, not only to man but to the very buildings, for in checking ruin, banishing neglect, and saving great edifices from destruction, you show the same imaginative spirit as those who built them. And indeed, those dumb inanimate stones seem to sense the happiness of being restored to splendour and frequented once again, now that at last they have a master who appreciates their worth. Under the name of Caesar is published a long list of possessions for sale,² which shows up as the more abominable the cupidity of that emperor who possessed far more than he needed, but always wanted more.³ In those days it was fatal for anyone about him to own a spacious house or attractive property; today our prince looks for owners for those very places, and introduces them

augment the treasury; cf. Suetonius, *Cal.* 38-9; Dio LXVIII. 2 (Nerva).

³ Suetonius, *Dom.* 12. 1 ascribes this to his need for money. But Syme (*JRS* XX) points out that Domitian's motive in attacking senators was political, not financial.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

nisi Caesaris suburbanum licemur emimus implemus.
7 Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos, nos non timeamus quod esse digni videmur. Nec vero emendi tantum civibus tuis copiam praebes, sed amoenissima quaeque largiris et donas; ista inquam donas in quae electus, in quae adoptatus es; transfers quod iudicio accepisti, ac nihil magis tuum credis, quam quod per amicos habes.

51. Idem tam parcus in aedificando quam diligens in tuendo. Itaque non ut ante immanium transvectione saxorum urbis tecta quatiuntur; stant securae domus nec iam templa nutantia. Satis est tibi nimiumque, cum successeris frugalissimo principi;
2 cipi; magnum reicere aliquid et amputare ex his, quae princeps tamquam necessaria reliquit. Praeterea pater tuus usibus suis detrahebat quae fortuna
3 imperi dederat, tu tuis quae pater. At quam magnificus in publicum es! Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur, ut non consummata sed tantum commutata videantur. Hinc immensum latus circi templorum pulchritudinem

¹ *e.g.* Lucullus or Pompey. Cf. 63. 4.

² The Circus Maximus, badly damaged in the fire of 64 and not yet wholly restored. Cf. Dio LXVIII. 7. 2. The façade along the road between the Circus and the Palatine was 600 metres long.

himself. Even the gardens outside Rome which had once been owned by a famous general¹ and had always been in the imperial family are ours; we can make an offer, buy and occupy them. Such is our prince's goodness of heart, such the security of our times, that he believes us worthy of princely possessions and we have no fears about seeming so. Nor do you give your subjects the opportunity only to purchase—you have bestowed on us as a gift some of the loveliest properties, making over to us the very inheritance for which you were chosen and adopted, which was made yours by a reasoned decision; for you hold that ownership is best enjoyed through the persons of your friends.

51. Your interest in preserving what exists is matched by your restraint over further building. The walls and roofs in the city have stopped shuddering as they did at the passage of huge blocks of stone; our houses stand safe and secure, and the temples are no longer threatened with collapse. There is enough, and more, for you, although your predecessor was so careful in his expenditure, and it is splendid too to have cut down and retrenched even on what he thought was necessary; especially as in his case he was denying himself personal enjoyment of what the hazards of empire had brought him, whereas your self-denial is applied to what came from him. But when it comes to public building, you do it on the grand scale. Here stands a colonnade, there a shrine, rising as if by magic, so rapidly as to seem remodelled rather than fresh-built. Elsewhere the vast façade of the Circus² rivals the beauty of the temples, a fitting place for a nation which has

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

provocat, digna populo victore gentium sedes, nec
4 minus ipsa visenda, quam quae ex illa spectabuntur,
visenda autem cum cetera specie, tum quod aequatus
plebis ac principis locus, siquidem per omne spatium
una facies, omnia continua et paria, nec magis
proprius spectanti Caesari suggestus quam propria
5 quae spectet. Licebit ergo te civibus tuis invicem
contueri; dabitur non cubiculum principis sed ipsum
principem cernere in publico, in populo sedentem,
populo cui locorum quinque milia adiecisti. Auxeras
enim numerum eius congiarii facilitate maioremque
in posterum suscipi liberalitatis tuae fide iusseras.

52. Horum unum si praestitisset alius, iam dudum
illi radiatum caput et media inter deos sedes auro
staret aut ebore, augustioribusque aris et grandiori-
2 bus victimis invocaretur. Tu delubra non nisi
adoraturus intras, tibi maximus honor excubare pro
templis postibusque praetexi. Sic fit, ut di <tibi>¹
summum inter homines fastigium servent, cum
3 deorum ipse non adpetas.² Itaque tuam statuam in
vestibulo Iovis optimi maximi unam alteramve et
hanc aeream cernimus. At paulo ante aditus omnes
gradus totaque area hinc auro hinc argento relucebat,
seu potius polluebatur, cum incesti principis statuis

¹ tibi *add.* Keil: *om. M.*

² *appetas Livineius: adeptus M.*

¹ Confirmed by ILS 286 (S. 374 (a)).

conquered the world, a sight to be seen on its own account as well as for the spectacles there to be displayed: to be seen indeed for its beauty, and still more for the way in which prince and people alike are seated on the same level. From one end to the other is a uniform plan, a continuous line, and Caesar as spectator shares the public seats as he does the spectacle. Thus your subjects will be able to look on you in their turn; they will be permitted to see not just the Emperor's box, but their emperor himself, seated among his people—the people to whom you have given an additional five thousand seats.¹ For you had already increased their number by the liberality of your largess, and had encouraged it to be further increased in future on the guarantee of your generosity.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

propositi, talesque nos crede, qualis fama cuiusque est. Huic aures huic oculos intende: ne respexeris clandestinas existimationes nullisque magis quam audientibus insidiantes susurros. Melius omnibus quam singulis creditur: singuli enim decipere et decipi possunt, nemo omnes neminem omnes fefellerunt.

63. Praevertor iam ad consulatum tuum, etsi sunt quaedam ad consulatum quidem pertinentia, ante consulatum tamen: in primis quod comitiis tuis interfuisti candidatus, non consulatus tantum sed immortalitatis et gloria et exempli quod sequerentur
2 boni principes, mali mirarentur. Vidit te populus Romanus in illa vetere potestatis suae sede; per-
pessus es longum illud carmen comitiorum nec iam inridendam moram consulque sic factus es ut unus
3 ex nobis, quos facis consules. Quotus quisque principum antecedentium honorem istum aut consulatui habuit aut populo? Non alii marcidi somno, hesternaque cena redundantes, comitiorum suorum nuntios opperiebantur; alii sane pervigiles et insomnes, sed intra cubilia sua illis ipsis consulibus a quibus consules renuntiabantur, exsilia et caedem
4 machinabantur? O prava et inscia verae maiestatis ambitio, concupiscere honorem quem dedigneris, dedignari quem concupieris, cumque ex proximis hortis campum et comitia prospectes, sic ab illis

¹ The *renuntiatio*, the proclamation of the newly-elected consuls before the *comitia centuriata* assembled in the Campus Martius.

planned, and believe each one of us to be the equal of his public reputation; have eyes and ears for that alone, and pay no attention to furtive suggestions and whispers which do most damage to those who heed them. General opinion is more to be trusted than individual—it is quite possible for individuals to deceive and be deceived, but no one can dupe everybody, nor can everyone combine to dupe him.

63. I pass now to your consulship, though there are certain events relating to it which did in fact precede it: first of all, you were present in person at your election, as a candidate not only for the consulate but for immortality and the fame of setting an example for good rulers to follow and bad ones to look on with surprise. The people of Rome saw you in the ancient seat of their former power, while you bore patiently with the long ceremonial of the electoral assembly,¹ the slow ritual which this time was not a farce; and so you were made consul as if one of us, us who are made consuls by your word. How many of your predecessors did honour in this way either to the consulate or to the people? Some of them, we know, awaited the news of their election heavy-eyed with sleep, gorged with the banquet of the day before; others who were certainly alert and awake in their own rooms were plotting exile and death for the very consuls who proclaimed their election. Vile ambition, blind to the meaning of true majesty, for a man to covet honours which at heart he despised, to despise what he coveted, and although his gardens overlooked the election-field,² to keep away

² Perhaps the gardens of Lucullus, imperial property since 47, which overlooked the Campus Martius. Cf. 50. 6.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

5 abesse, tamquam Danubio Rhenoque dirimare!
Averseris tu honori tuo sperata suffragia, renunti-
arique te consulem iussisse contentus, liberae civitatis
ne simulationem quidem serves; abstineas denique
comitiis abstrusus atque abditus, quasi illic tibi non
6 consulatus detur sed abrogetur imperium? Haec
persuasio superbissimis dominis erat, ut sibi viderentur principes esse desinere, si quid facerent tamquam senatores. Plerique tamen non tam super-
7 bia quam metu quodam submovebantur. An stupro-
rum sibi incestarumque noctium conscii, auspicia polluere sacratumque campum nefario auderent
8 contaminare vestigio? Non adeo deos hominesque contempserant, ut in illa spaciosissima sede hominum deorumque coniectos in se oculos ferre ac perpeti possent. Tibi contra et moderatio tua suasit et sanctitas, ut te et religioni deorum et iudiciis hominum exhiberes.

64. Alii consulatum ante quam acciperent, tu et dum accipis meruisti. Peracta erant sollemnia comitorum, si principem cogitares, iamque se omnis turba commoverat, cum tu mirantibus cunctis accedis ad consulis sellam, adigendum te praebes in verba principibus ignota, nisi cum iurare cogerent alios. Vides quam necessarium fuerit consulatum non recu-

¹ Sworn by the elected consuls before the consul presiding over the *comitia*.

as though the Rhine and Danube flowed between! Would you scorn the votes you hoped would confirm your election, and think it sufficient to be proclaimed consul by your own order, without preserving any semblance of a free state? Would you stand aloof from the elections, cowering in some hiding-place, as if they were not there to confer a consulship on you but to abrogate your supreme power? Earlier despots, in their overweening pride, held to their conviction that if ever they acted as senators, they would cease to be emperors in their own eyes. Most, however, were influenced not so much by pride as by a kind of fear; conscious of their vices and their incestuous nights, how could they have dared to defile the auspices and pollute the sacred field with their guilty tread? Their contempt for everything human and divine had not reached the point of steeling them to stand up in that great open space and face the eyes of gods and men directed on them. In striking contrast, it was your moderation and your purity of heart which persuaded you to offer yourself to men's judgement and the divine presence of the gods.

64. There have been others who merited the consulate before receiving it, but in addition, you proved your worth at the very moment of doing so. The election ceremonies were over (for, remember, this candidate was already emperor) and the entire crowd was already on the move, when you surprised everyone by going up to the consul's chair and presenting yourself to take the oath,¹ in the words no emperor had ever used except when compelling others to swear. Now you see how essential it was for you not to have refused the consulate; we should

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

sare. Non putassemus istud te facturum fuisse, si
2 recusasses. Stupeo, patres conscripti, necdumque
satis aut oculis meis aut auribus credo, atque identi-
dem me an audierim, an viderim interrogo. Im-
perator ergo et Caesar et Augustus <et>¹ pontifex
maximus stetit ante gremium consulis, seditque
3 interritus, et tamquam ita fieri soleret. Quin etiam
sedens stanti praeiit ius iurandum, et ille iuravit
expressit explanavitque verba quibus caput suum
domum suam, si scienter fefellisset, deorum irae
consecraret. Ingens, Caesar, et par gloria tua, sive
fecerint istud postea principes, sive non fecerint.
4 Ullane satis digna praedicatio est idem tertio con-
sulem fecisse quod primo, idem principem quod
privatum, idem imperatorem quod sub imperatore?
Nescio iam, nescio, pulchriusne sit illud quod prae-
eunte nullo, an hoc quod alio prae-eunte iurasti.

65. In rostris quoque simili religione ipse te legibus
subiecisti, legibus, Caesar, quas nemo principi scripsit.
Sed tu nihil amplius vis tibi licere quam nobis: sic
fit, ut nos tibi plus velimus. Quod ego nunc primum
audio, nunc primum disco; non est princeps super

¹ et *add. Livineius: om. M.*

¹ The *votorum nuncupatio* was made on the Capitol by the consul on the day of his entry into office. Pliny appears, however, to refer to oaths taken on the rostra in the Forum, at the beginning and end of the consulship.

not have believed you would act as you did had you not accepted it. I am still astonished, Conscript Fathers, still unable to believe the evidence of my years and eyes; I keep on asking myself whether I really heard and saw this thing. The Emperor, Caesar, Augustus, the Chief Pontiff stood before the seated consul—yes, the consul sat while his prince stood before him, and remained seated, undisturbed and unafraid, as if it were normal practice. Moreover, while he sat he repeated the words of the oath to his prince who remained standing: and the latter swore. Clearly and explicitly he pronounced the words whereby he consigned his life and household to the wrath of heaven if knowingly he swore false. Great is your glory here, Caesar, and so it will remain, whether your successors follow your example or not. A man three times consul acted as he did at his first election: a prince showed himself no different from a commoner, an emperor no different from one of his subjects: this surely is beyond all praise. For my part, I cannot judge which is the more splendid: the fact that you took the oath with no precedent before you, or that you took the words from another's lips.

65. In the Forum, too, you mounted the platform of your own accord and were equally scrupulous to submit yourself to the laws.¹ No one had intended these laws to apply to the Emperor, Caesar, but you were unwilling for your privileges to extend beyond our own. The result is that we are all the more willing for them to do so. There is a new turn of phrase which I hear and understand for the first time—not “the prince is above the law” but “the

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

leges sed leges super principem idemque Caesari
2 consuli quod ceteris non licet. Iurat in leges
attendentibus dis (nam cui magis quam Caesari
attendant?), iurat observantibus his quibus idem
iurandum est, non ignarus alioqui nemini religiosius
quod iuraverit custodiendum, quam cuius maxime
interest non peierari. Itaque et abiturus consulatu
iurasti te nihil contra leges fecisse. Magnum hoc
erat cum promitteres, maius postquam praestitisti.
3 Iam totiens procedere in rostra, inascensumque illum
superbiae principum locum terere, hic suscipere hic
ponere magistratus, quam dignum te quamque
diversum consuetudini illorum, qui pauculis diebus
gestum consulatum, immo non gestum abiciebant
per edictum! Hoc pro contione pro rostris, pro iure
iurando, scilicet, ut primis extrema congruerent,
utque hoc solo intellegerentur ipsi consules fuisse,
quod alii non fuissent.

66. Non transilui, patres conscripti, principis nostri
consulatum, sed eundem in locum contuli, quidquid
de iure iurando dicendum erat. Neque enim ut in
sterili ieiunaque materia eandem speciem laudis
deducere ac spargere atque identidem tractare
2 debemus. Inluxerat primus consulatus tui dies,
quo tu curiam ingressus nunc singulos, nunc universos
adhortatus es resumere libertatem, capessere quasi

law is above the prince"; Caesar bows to the same restrictions as any other consul. He takes the oath of obedience to the law with the gods as witness (for who if not Caesar can command their attention?)—he takes it under the watchful eye of those who must take it too, well aware that no one must be more scrupulous about keeping to his oath than the man most concerned that there should be no perjury.

Then, at the moment of laying down your consulship, you swore a similar oath that you had done nothing contrary to the law; and this, as a statement of achievement, was even finer than your earlier promise. To appear on the platform so often, to frequent a place shunned by the pride of princes, there to assume and there to lay down your offices: how this conduct becomes you, and how it contrasts with the conduct of those who took up a consulship for a day or two—or, rather, failed to take it up—only to issue a proclamation that they had flung it aside! That was what took the place of the assembly, the platform and their oath, doubtless to make their consulship end as it had begun, and to provide the only indication that they had been elected at all: namely, the absence of any other consul.

66. I have not left out our prince's consulship, Conscript Fathers, but I wanted all I had to say about oaths to be dealt with at once, for this is no barren, empty subject in which a single facet of his glory must be broken up into fragments and handled several times. The first day of your consulship had hardly dawned before you entered the Senate-house and exhorted us, individually and collectively, to resume our freedom, to take up the responsibilities

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

communis imperii curas, invigilare publicis utilitati-
 3 bus et insurgere. Omnes ante te eadem ista
 dixerunt, nemini tamen ante te creditum est. Erant
 sub oculis naufragia multorum, quos insidiosa tran-
 quillitate provectos improvisus turbo perculerat.
 Quod enim tam infidum mare quam blanditiae
 principum illorum, quibus tanta levitas tanta fraus,
 ut facilius esset iratos quam propitios cavere? Te
 4 vero securi et alacres quo vocas sequimur. Iubes
 esse liberos: erimus; iubes quae sentimus promere
 in medium: proferemus. Neque enim adhuc ignavia
 quadam et insito torpore cessavimus: terror et
 metus et misera illa ex periculis facta prudentia
 monebat, ut a re publica (<ubi>¹ erat autem omnino
 res publica?) oculos aures animos averteremus. At
 5 nunc tua dextera tuisque promissis freti et innixi,
 obsaepta diutina servitute ora reseramus, frena-
 tamque tot malis linguam resolvimus. Vis enim
 tales esse nos quales iubes, nihilque exhortationibus
 tuis fucatum, nihil subdolum, <nihil>² denique quod
 credentem fallere paret non sine periculo fallentis.
 Neque enim umquam deceptus est princeps, nisi qui
 prius ipse deceptus.

67. Equidem hunc parentis publici sensum cum
 ex oratione eius tum pronuntiatione ipsa perspexisse

¹ ubi *add.* *Mynors*: nulla *Kukula*: *om. M.*

² nihil *add.* *Burnouf*: *om. M.*

of the power we might be thought to share,¹ to watch over the interests of the people, and to take action. All your predecessors had said the same, but none had been believed. In our mind's eye were the shipwrecks of the many who had advanced in a hazardous period of calm, only to be sunk by an unforeseen storm; for no sea could be more treacherous than the flattery of those emperors whose instability and guile made it more difficult to be on guard against their favour than their wrath. But in your case, we have no fears, and are all eagerness to follow your lead. You bid us be free, and we shall be free; you tell us to express ourselves openly, and we shall do so, for our previous hesitation was due to no cowardice or natural inertia, but to fear and apprehension, and the lamentable caution born of our perils which bade us turn eyes and ears and minds from our country, from that republic which was utterly destroyed. Today we can place our trust and reliance on your promises and sworn oath, and open our lips long sealed by servitude, loosen our tongues which were bound to silence by so many evils; for you truly wish us to be what you bid us, and your exhortations are free from all overtones of deception. In short, no traps are laid today for the trustful, bringing their own dangers for those who set them—for no prince has ever been deceived unless he led the way in deception.

67. For my part, I believe I have formed this impression of the Father of us all as much from the

¹ Durry compares *Ep.* IX. 2. 3, and thinks the "quasi" a Tacitean comment on the Senate's diminished powers. Cf. 63. 5 (*liberae civitatis simulatio*).

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

videor. Quae enim illa gravitas sententiarum, quam inadfectata veritas verborum, quae adseveratio in voce, quae adfirmatio in vultu, quanta in oculis
2 habitu gestu, toto denique corpore fides! Tenebit ergo semper quid suaserit, scietque nos, quotiens
3 libertatem quam dedit experiemur, sibi parere. Nec verendum est ne incautos putet si fidelitate temporum constanter utamur, quos meminit sub malo principe aliter vixisse. Nuncupare vota et pro aeternitate imperii et pro salute principum, immo pro salute principum ac propter illos pro aeternitate
4 imperii solebamus. Haec pro imperatore nostro in quae sint verba suscepta, operae pretium est adnotare: "Si bene rem publicam et ex utilitate omnium <rexerit>¹." Digna vota quae semper suscipiantur
5 semperque solvantur. Egit cum dis ipso te auctore, Caesar, res publica, ut te sospitem incolumemque praestarent, si tu ceteros praestitisses; si contra, illi quoque a custodia tui capitis oculos dimoverent teque relinquerent votis, quae non palam susci-
6 perentur. Alii se superstites rei publicae optabant faciebantque; tibi salus tua invisita est, si non sit cum rei publicae salute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi expediat optantibus, omnibusque annis in consilium de te deos mittis, exigisque ut sententiam

¹ *rexerit add. Keil (cf 68. 1); rexeris Puteolanus: om. M.*

¹ For the annual renewal of vows throughout the empire, see *Ep.* X. 35-6 and X. 100-1 (3 January in successive years).

PANEGYRICUS, 67. 1-6

manner of his delivery as from the words he has said. Only consider the seriousness of his sentiments, the unaffected candour of his words, the assurance in his voice and decision in his countenance, and the complete sincerity of his gaze, his pose and gestures, in fact of his entire person! So, we may be sure, he will always remember the advice he gave us, and will always understand that in making use of the freedom he granted we are acting only in obedience to him. We need have no fears that he will think us improvident if we show no hesitation in profiting by the security of the times, since he remembers how differently we lived under a wicked emperor. We were accustomed to offering vows¹ to ensure the eternity of the empire and the safety of the emperors, or, rather, the safety of the emperors and thereby the eternity of the empire. But in the case of our present emperor it is worth noting the wording of these vows, and the clause "if he has ruled the State well and in the interests of all." Such vows are indeed worthy of being always renewed and always discharged. At your instigation, Caesar, the State has struck a bargain with the gods that they shall preserve your health and safety as long as you do the same for everyone else; otherwise they are to turn their attention from protecting your life, and to abandon you to such vows as are taken in secret. Others used to wish to outlive the State, and took steps to do so; but for you, the thought of personal safety is hateful unless it be bound up with the safety of us all. You permit no prayers on your behalf unless they benefit their authors, and every year you set the gods to reconsider you, insisting that

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

suam mutant, si talis esse desieris qualis electus es;
7 sed ingenti conscientia, Caesar, quasi pacisceris cum
dis, ut te si mereberis servent, cum scias an merearis
8 neminem magis quam deos scire. Nonne vobis,
patres conscripti, haec diebus ac noctibus agitare
secum videtur: "Ego quidem in me, si omnium
utilitas ita posceret, etiam praefecti manum armavi;
sed ne deorum quidem aut iram aut negligentiam
deprecor, quaeso immo et obtestor, ne unquam pro
me vota res publica invita suscipiat, aut si susceperit
ne debeat"?

68. Capis ergo, Caesar, salutis tuae gloriosissimum
fructum ex consensu deorum. Nam cum excipias ut
ita demum te dei servent, si bene rem publicam et
ex utilitate omnium rexeris, certus es bene te rem
publicam et ex utilitate omnium regere cum servent.
2 Itaque securus tibi et laetus dies exit, qui principes
alios cura et metu distinebat, cum suspensi et
attoniti, parumque confisi patientia nostra, hinc
atque inde publicae servitutis nuntios exspectarent.
3 Ac si forte aliquos flumina nives venti praepedissent,
statim hoc illud esse credebant quod merebantur;
nec erat discrimen ullum pavoris, propterea quod
cum a malo principe tamquam successor timeatur
quisquis est dignior, cum sit nemo non dignior, omnes
4 timentur. Tuam securitatem non mora nuntiorum,
non litterarum tarditas differt. Scis tibi ubique

¹ Sex. Attius Suburanus was commander of the Guard (cf. Dio LXVIII. 16. 1). He was soon promoted to the Senate (consul in 101 and again in 104).

they must revise their opinion if you have changed since the time of your election. But you act with full knowledge, Caesar, in your pact with the gods to preserve you if you deserve it; you are well aware that no one can judge this better than the gods themselves. Can you not imagine, Conscript Fathers, how his thoughts run, night and day: "I have put arms to be used against me, if public interest demands, in the hands of my own prefect;¹ but when it comes to the gods, I will never seek to avert either their wrath or their indifference, rather will I beg and pray that my country shall never have to offer vows on my behalf against its will, or if it has already done so, that they shall not be binding."

68. Thus, Caesar, from your agreement with the gods you have a glorious reward in your continued safety. For by stipulating that the gods shall preserve you only "if you have ruled the State well and in the interests of all" you can be confident that you are ruling well, as long as they are preserving you. And so you can be carefree and happy all through that day which was fraught with fear and anxiety for the other emperors, who spent it racked by suspense, uncertain how far to try our patience, awaiting from all quarters the messages of our common servitude. And if perchance some of these were delayed by rivers, snow, or adverse winds, they jumped to the conclusion that they would get their just deserts. Their apprehensions were always the same; for a bad ruler fears anyone worthier than himself as a likely successor, so when all are worthier, all are feared. Your own tranquillity is not interrupted either by belated messages or slow delivery of letters;

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

iurari, cum ipse iuraveris omnibus. Nemo hoc non
5 sibi praestat. Amamus quidem te in quantum
mereris; istud tamen non tui facimus amore sed
nostri, nec umquam inlucescat dies quo pro te
nuncupet vota non utilitas nostra sed fides, Caesar.
6 Turpis tutela principis, cui potest imputari. Queri
libet quod in secreta nostra non inquirant principes
7 nisi quos odimus. Nam si eadem cura bonis ac malis
esset, quam ubique admirationem tui, quod gaudium
exultationemque deprenderes, quos omnium cum
coniugibus ac liberis, quos etiam cum domesticis aris
focusque sermones! Scires mollissimis istis auribus
parci. Et alioqui, cum sint odium amorque contraria,
hoc perquam simile habent, quod ibi intemperantius
amamus bonos principes, ubi liberius malos odimus.

69. Cepisti tamen et adfectus nostri et iudicii
experimentum, quantum maximum praesens capere
potuisti, illo die quo sollicitudini pudorique candi-
datorum ita consuluisti, ne ullius gaudium alterius
tristitia turbaret. Alii cum laetitia, alii cum spe
recesserunt; multis gratulandum, nemo consolandus
2 fuit. Nec ideo segnius iuvenes nostros exhortatus
es, senatum circumirent, senatui supplicarent, atque
ita a principe sperarent honores, si a senatu petissent.
3 Quo quidem in loco, si quibus opus exemplo, adiecisti

¹ The *nominatio* by the emperor of eligible candidates, sometime in mid-January.

you can be sure that everywhere the oath is being taken for you, as you have taken it for us all, for no one would deny himself this pleasure. The fact is, we love you as you deserve—but in our own self-interest rather than in yours. The day will never dawn when we offer vows on your behalf only from a sense of duty, with no benefit to ourselves. (There is no virtue in supporting a prince who can claim the credit for our support.) We may well complain that it is only the rulers we hate who violate our privacy, for if good and bad were equally inquisitive, what universal admiration for yourself you would find, what delight and rejoicing, what conversations you would hear everywhere between us and our wives and children, and even before the hearths and altars of our homes! You would then understand how we are sparing those sensitive ears of yours. But however different love and hatred may be, they have one close resemblance: we give our love more unrestrainedly to good princes in this very place where we have freely hated bad ones.

69. You have, however, had proof of our affection and our sentiments, as far as you could in person, on the day¹ when (your thoughtfulness) for the anxieties and personal feelings of candidates was at pains not to let anyone's pleasure be marred by another's disappointment. Some departed full of happiness, others full of hope; there were many to congratulate, but none to console. You were none the less active in urging our young men to canvass the Senate, address their pleas to the senators, and not to hope for advancement from the Emperor unless they had sought it here. If anyone needed an

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

ut te imitarentur. Arduum, Caesar, exemplum, et quod imitari non magis quisquam candidatorum quam principum possit. Quis enim vel uno die reverentior senatus candidatus, quam tu cum omni vita tum illo ipso tempore quo iudicas de candidatis? 4 An aliud a te quam senatus reverentia obtinuit, ut iuvenibus clarissimae gentis debitum generi honorem, 5 sed ante quam deberetur offerres? Tandem ergo nobilitas non obscuratur sed inlustratur a principe, tandem illos ingentium virorum nepotes, illos posteros libertatis nec terret Caesar nec pavet; quin immo festinatis honoribus amplificat atque auget, et maioribus suis reddit. Si quid usquam stirpis antiquae, si quid residuae claritatis, hoc amplexatur 6 ac refovet, et in usum rei publicae promit. Sunt in honore hominum et in ore famae magna nomina <excitata>¹ ex tenebris oblivionis indulgentia Caesaris, cuius haec intentio est ut nobiles et conservet et faciat.

70. Praefuerat provinciae quaestor unus ex candidatis inque ea civitatis amplissimae² reditus egregia 2 constitutione fundaverat. Hoc senatui adlegendum putasti. Cur enim te principe, qui generis tui

¹ *excitata Keil, alii alia: om. M.*

² *civitatis amplissimae Lipsius: civitas amplissima M.*

¹ *Nobilitas* was never legally defined. It is used by Pliny and Tacitus to refer to the descendants of the consular families of the Republic, and also, probably, to those of the period before A.D. 14, when the consular elections were transferred to the Senate and the Republic might be said to have ended. Cf. *Ep. V. 17. 6.*

example at this point, you added that he had only to follow yours—a difficult example for anyone to follow, no easier for a candidate than for a prince! Where is the candidate who can show greater respect for the Senate for a single day than you have done throughout your life, and particularly on the day when the candidates were subject to your decision? What else was it but respect for the Senate which made you offer young men of noble birth the position which was their family right, but earlier than it was due? So at long last the light of the nobility¹ is not dimmed by Caesar but made to shine more brightly; at last the grandsons of great men, the descendants of liberty, need not tremble in fear before the Emperor; instead, he exalts and honours them by early distinctions, and restores them to their ancestral glory. Any remnant of an ancient house, any lingering spark of former splendour he revives and cherishes and promotes to the service of the State. The great names are held in honour among men; they are on the lips of fame, brought back from the shades of oblivion by the graciousness of Caesar, whose intention is not only to preserve our noble families but to create them.

70. One of the candidates² had been responsible for a province as quaestor, and there had settled the finances of an important city by a remarkable piece of planning. This, you thought, should be put before the Senate; for while you are emperor—you,

¹ Possibly Sextus Quinctilius Valerius Maximus, born in Alexandria Troas in Mysia, given *latus clavus* by Nerva; quaestor in Bithynia in 97. trib. pleb. in 100, praetor 103, then *corrector* of Achaia (*Ep.* VIII. 24; S. 235).

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

claritatem virtute superasti, deterior esset condicio eorum qui posteros habere nobiles mererentur, quam eorum qui parentes habuissent? O te dignum qui de magistratibus nostris semper haec nunties, nec poenis malorum sed bonorum praemiis bonos
3 facias! Accensa est iuventus erexitque animos ad aemulandum quod laudari videbat, nec fuit quisquam quem non haec cogitatio subiret, cum sciret quidquid a quoque in provinciis bene fieret, omnia
4 te scire. Utile est, Caesar, et salutare praesidibus provinciarum hanc habere fiduciam, paratum esse sanctitati industriae suae maximum praemium,
5 iudicium principis suffragium principis. Adhuc autem quamlibet sincera rectaque ingenia, etsi non detorquebat, hebetabat tamen misera sed vera re-
6 putatio: "Vides enim: si quid bene fecero sciet
7 Caesar? aut si scierit testimonium reddet?" Ita eadem illa seu negligentia seu malignitas principum, cum male consultis impunitatem, recte factis nullum praemium polliceretur, nec illos a crimine et hos
8 deterrebat a laude. At nunc si bene aliquis provinciam rexerit, huic quaesita virtute dignitas offertur. Patet enim omnibus honoris et gloriae campus: ex hoc quisque quod concupiit petat et adsecutus sibi debeat. Provinciis quoque in posterum et iniuriarum metum et accusandi necessitatem remisisti. Nam si

whose virtues have gone far beyond the distinction of your origin—why should the status of those who deserve to have descendants among the nobility be inferior to that of those whose parents were already ennobled? You are indeed well fitted to report on our magistrates in this way on all occasions, and by rewarding the good instead of punishing the bad so make them better men. The country's youth was fired with inspiration to imitate what it saw winning recognition; none could fail to share this thought, knowing that anything done well by anyone in the provinces was fully known to you. There is profit now and advantage for those with responsible positions in the provinces; they can rest assured that incorruptibility and application on their part can expect the highest reward in the Emperor's judgment and support. Hitherto, however honest and upright his nature, a man's views were distorted, or at any rate weakened, by the reflection—lamentable but true—that even if he did well, would Caesar know? And if he knew, would he show it? And so the emperors in their malice or their indifference allowed evil counsels to go unpunished, while promising no rewards to deeds well done; thus they deterred some from seeking distinction but no one from crime. Things are different today. Anyone who has governed a province well is offered the position his merits demand; the field of promotion and fame lies open to all; everyone can set out to achieve his aspirations, and owes his success to his own efforts. The provinces too have been relieved by you of their fears for the future, the danger of malpractices and the need to bring prosecutions; for if they can ad-

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

profuerint quibus gratias egerint, de nullo queri cogentur; <sciunt>¹ et alioqui nihil magis prodesse candidato ad sequentes honores quam peractos.

Optime magistratus magistratu, honore honor petitur.

9 Volo ego, qui provinciam rexerit, non tantum codicillos amicorum nec urbana coniuratione eblanditas preces sed decreta coloniarum decreta civitatum adleget. Bene² suffragiis consularium virorum urbes populi gentes inseruntur. Efficacissimum pro candidato genus est rogandi gratias agere.

71. Iam quo adsensu senatus, quo gaudio exceptum est, cum candidatis ut quemque nominaveras osculo occurreres, devexus quidem in planum et 2 quasi unus ex gratulantibus! Te magis mirer, an improbem illos qui effecerunt ut istud magnum videretur, cum velut adfixi curulibus suis manum tantum et hanc cunctanter et pigre et imputantibus 3 similes promerent? Contigit ergo oculis nostris antiqua³ facies, princeps aequatus candidatis,⁴ et simul stantis intueri parem accipientibus honorem 4 qui dabat. Quod factum tuum a cuncto senatu quam vera acclamatione celebratum est: "Tanto maior, tanto augustior"! Nam cui nihil ad augen-

¹ lacunam statuit Keil, Mynors: sciunt add. Baehrens: om. M.

² bene Lipsius: ne M.

³ antiqua Mynors: insolita Catanaeus: alta Kukula: ante M.

⁴ equitus candidatus M: aequatus candidatis editores: principis aequati candidatis Kukula, Durry.

¹ Contrast the views of Thrasea Paetus, expressed in Tacitus, *Ann.* XV. 21.

² There is no mention here of the usual *commendatio*, the emperor's recommendation of some of the nominated candidates, nor of voting by the Senate (as in *Ep.* III. 20). Trajan appears to do no more than make his wishes known (cf. 71. 7).

vante the career of those whose services have won their thanks, they will not be compelled to lodge complaints against anyone, and besides, they know now that nothing helps a candidate for future honours better than the ones he has already held. It is an excellent thing for office to be sought through office, and honour as a result of honour already bestowed. For my part, I should like to see a provincial governor citing not only the recommendations of his friends and the support on his behalf he has coaxed out of city factions, but also the civic resolutions of the Roman townships and cities where he has served.¹ It is good that cities, peoples and nations play their part in casting votes for the men they knew as governors, and the most effective way of petitioning on behalf of a candidate is to express your gratitude to him in thanks.

71. Again, with what applause and delight the Senate acclaimed you, when you embraced each candidate as you named him,² stepping down to our level as if your intention was to join in our congratulations! Which am I to do—admire you, or blame those who made your behaviour exceptional by contrast with their own: when they sat as if rooted to their chairs of office, offering only a hand so slowly and reluctantly, and apparently seeing merit in doing no more than that? Our eyes have been fortunate to behold the old-style form of ceremony, the prince as equal with the candidates, to see him standing with them, conferring honour and yet standing no higher than those who received it from him; so that with sincere admiration the entire Senate acclaimed you as the more noble and revered.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

dum fastigium superest, hic uno modo crescere potest,
 si se ipse summittat securus magnitudinis suae.
 5 Neque enim ab ullo periculo fortuna principum
 longius abest quam humilitatis. Mihi quidem non
 tam humanitas tua quam intentio eius admirabilis
 6 videbatur. Quippe cum orationi oculos vocem
 manum commodares, ut si alii eadem ista mandasses,
 omnes comitatis numeros obibas. Atque etiam, cum
suffragatorum nomina honore quo solent exciperentur,
 tu quoque inter excipientes eras, et ex ore Caesaris
 7 ille senatorius adsensus audiebatur, quodque apud
 principem perhibere testimonium merentibus gaude-
 bamus, perhibebatur a principe. Faciebas ergo,
 cum diceres optimos; nec ipsorum modo vita a te
 sed iudicium senatus comprobabatur, ornarique se,
 non illos magis quos laudabas, laetabatur.

72. Iam quod precatus es <caelites>,¹ ut illa ipsa
 ordinatio comitiorum bene ac feliciter eveniret nobis
 rei publicae tibi, nonne tale est ut nos hunc ordinem
 votorum convertere debeamus, eosdemque² obsecrare
 ut omnia quae facis quaeque facies prospere cedant
 tibi rei publicae nobis, vel si brevius sit optandum,
 2 ut uni tibi in quo et res publica et nos sumus? Fuit
 tempus, ac nimium diu fuit, quo alia adversa alia
 secunda principi et nobis: nunc communia tibi
 nobiscum tam laeta quam tristia, nec magis sine te
 3 nos esse felices quam tu sine nobis potes. An si

¹ caelites *add. Mynors: om. M.*

² eosdemque *codex Londiniensis: eos denique M.*

For when a man can improve no more on his supreme position, the only way he can rise still higher is by stepping down, confident in his greatness. (There is nothing the fortune of princes has less to fear than the risk of being brought too low.) / For me, even your courtesy seemed less remarkable than your anxiety to make it felt. (In adapting your expression, your voice and gestures to your words, as if this was some commission you had to entrust to another,) you ran through the whole gamut of politeness. Similarly, when the names of the sponsors were received with the usual cries of acclamation, your voice could be heard among them; from Caesar's lips was heard the Senate's assent, and the tribute we were happy to pay to merit in the Emperor's presence was voiced by him with us. / Thus by hailing these men as the best choice, you made them so; nor was it only their life which won your approval, but also the judgment of the Senate: which rejoiced to find itself honoured no less than those who received your praise.

72. Next, you offered prayers to the gods, that the elections, thus duly performed, should bring success and happiness to us, to the State, and to yourself. Should we not rather reverse this order, and beg the gods to grant that all your actions, present and future, prove successful for yourself, for the State, and for us, or, to shorten our prayers, for yourself alone, on whom the State and ourselves alike depend? There was a time (which lasted all too long) when the Emperor's successes and misfortunes did not coincide with ours; but now we share with you both joys and sorrows, and we cannot be happy without you

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

posses in fine votorum adiecisses ut ita precibus tuis
di adnuerent, si iudicium nostrum mereri perseve-
rasses? Adeo nihil tibi amore civium antiquius, ut
ante a nobis deinde a dis, atque ita ab illis amari
4 velis, si a nobis ameris. Et sane priorum principum
exitus docuit, ne a dis quidem amari nisi quos
homines ament. Arduum erat has preces tuas
5 laudibus adaequare; adaequavimus tamen. Qui
amoris ardor, qui stimuli, quae faces illas nobis
exclamationes subiecerunt! Non nostri, Caesar,
ingenii, sed tuae virtutis tuorumque meritorum
voces fuerunt, quas nulla umquam adulatio invenit,
6 nullus cuiquam terror expressit. Quem sic timuimus
ut haec fingeremus? quem sic amavimus ut haec
fateremur? Nosti necessitatem servitutis: equando
7 simile aliquid audisti, equando dixisti? Multa
quidem excogitat metus, sed quae adpareant quaesita
ab invitis. Aliud sollicitudinis aliud securitatis in-
genium est; alia tristium inventio, alia gaudentium:
neutrum simulationes expresserint. Habent sua
verba miseri, sua verba felices, utque iam maxime
eadem ab utrisque dicantur, aliter dicuntur.

73. Testis ipse es quae in omnium ore laetitia.
Non amictus cuiquam non habitus quem modo
extulerat. Inde resultantia vocibus tecta, nihilque
2 tantis clamoribus satis clausum. Quis tunc non e

¹ Cf. the coin legend *Felicitas*.

any more than you can without us.¹ (Or should you (if it were possible) have ended by asking the gods to grant your prayers only) so long as you continued to merit our esteem? Nothing stands higher with you than your subjects' affection: so much so, that you would put our love before that of the gods, and desire theirs only if you have ours. Certainly the fate of your predecessors has taught you that no one can expect the gods to love him when men do not. It was difficult for us to match these prayers of yours with appropriate acknowledgement, but we managed to do so; such was the warmth of our feeling and our enthusiasm, which set a torch to our cries of acclamation! No mental power on our side prompted these words, Caesar, but your own virtue, your own merits—words such as no adulation has ever devised nor terror wrung out. Whom have we feared so as to conjure up these expressions, or loved so as to produce an avowal like this? You know the exigencies of servitude; have you ever heard or said the like? Fear may indeed be inventive, but the result is far-fetched and constrained. The very nature of anxiety is not that of security, and misery has quite different resources at its command from joy: neither can be prompted by pretended emotion. Unhappiness has its own language, and so has good fortune, and even if what they say is identical, it is differently worded.

73. You witnessed yourself the happiness in the faces of us all. None kept his cloak or dress as when he lately left his home, as we raised the roof with our cheers; nothing could shut in such cries. Not a man but leapt to his feet, unconscious of having done so,

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

vestigio suo exsiluit? quis exsiluisse sensit? Multa
fecimus sponte, plura instinctu quodam et imperio;
3 nam gaudio quoque cogendi vis inest. Num ergo
modum ei tua saltem modestia imposuit? Non
quanto magis a te reprimebatur exarsimus? non
contumacia, Caesar; sed ut in tua potestate est an
4 gaudeamus, ita in quantum nec in nostra. Com-
probasti et ipse acclamationum nostrarum fidem
lacrimarum tuarum veritate. Vidimus humescentes
oculos tuos demissumque gaudio vultum, tantumque
5 sanguinis in ore quantum in animo pudoris. Atque
'hoc magis incensi sumus ut precaremur, ne quando
tibi non eadem causa lacrimarum, utque numquam
6 frontem tuam <adduceres>.¹ Hoc ipsum has nos
sedes quasi responsuras interrogemus, viderintne
umquam principis lacrimas; at senatus saepe
viderunt. Onerasti futuros principes, sed et posteros
nostros. Nam et hi a principibus suis exigent, ut
eadem audire mereantur, et illi quod non audiant
indignabuntur.

74. Nihil magis possum proprie dicere, quam quod
dictum est a cuncto senatu: "O te felicem"! Quod
cum diceremus, non opes tuas sed animum mira-
bamur. Ea enim demum vera felicitas, felicitate
2 dignum videri. Sed cum multa illo die dicta sunt
sapienter et graviter, tum vel in primis: "Crede
nobis, crede tibi." Magna hoc fiducia nostri, maiore

¹ adduceres *add. Schuster: om. M.*

for we did much self-prompted, and still more by some instinct or authority—even behind rejoicing there is a driving force. No thought for your modesty could restrain us—our fervour leapt into flames the more you would have damped it down. This was no wilful disobedience, Caesar; yours is the power to release our joy, but its extent is beyond our control. On your part, too, you confirmed the sincerity of our acclamation by the unfeigned shedding of your tears. We saw your eyes wet, your face overcome by joy; we saw your blushes give outward expression to the sense of unworthiness in your heart. This fired us the more to pray that you would never have a different cause for tears or anything to cloud your face. And to these seats of ours we must put a question, as if they could make reply: have they ever seen an emperor's tears? (The Senate's they have witnessed often enough.) You have laid a heavy burden on emperors to come, and no less on our successors, who will expect their princes to be worthy to receive a similar acclamation; while these princes will feel slighted because they do not.

74. I can find no more appropriate word than the one voiced by the entire Senate in hailing you as "fortunate." Here we were referring not to your material wealth but to your inner self, for genuine good fortune lies in being judged worthy of enjoying it. But among the many words of weight and wisdom spoken on that day,¹ these must be singled out: "Trust us, trust yourself." This was said with great

¹ These are the *acclamationes* greeting the proposals of the emperors. Examples are quoted at length in *SHA. Alex. Sev.* 6-7, *M. Claud. Tac.* 4-5.

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

3 tamen tui diximus. Alius enim fortasse alium, ipsum se nemo deceperit, introspiciat modo vitam seque quid mereatur interroget. Proinde dabat vocibus nostris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. Quamvis enim faceremus quae amantes solent, illi tamen non amari se credebant
4 sibi. Super haec precati sumus, ut sic te amarent di quemadmodum tu nos. Quis hoc aut de se aut principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipsis quidem haec fuit summa votorum, ut nos sic amarent di quomodo tu. Estne verum, quod inter ista clamavimus: "O nos felices"? Quid enim felicius nobis, quibus non iam illud optandum est, ut nos diligat princeps, sed di quemadmodum princeps?
5 Civitas religionibus dedita, semperque deorum indulgentiam pie merita, nihil felicitati suae putat adstrui posse, nisi ut di Caesarem imitentur.

75. Sed quid singula consector et colligo? quasi vero aut oratione complecti aut memoria consequi possim, quae vos, patres conscripti, ne qua interciperet oblivio, et in publica acta mittenda et
2 incidenda in aere censuistis. Ante orationes principum tantum eius modi genere monimentorum mandari aeternitati solebant, acclamationes quidem nostrae parietibus curiae claudebantur. Erant enim quibus nec senatus gloriari nec principes possent.

¹ The *acta diurna*; cf. *Ep.* V. 13. 8. Inscribing on bronze, Dio LX. 10. 2.; LXI. 3. 1.

confidence in ourselves, but greater still in you; for a man may deceive another, but no one can deceive himself, so long as he looks closely at his life and asks himself what are his true deserts. Moreover, our words carried conviction in the ears of the best of princes through the very factor which made them unconvincing to his evil predecessors; for though we went through the motions of affection before them, they could never believe that they were genuinely liked. Furthermore, we prayed that the gods should love you as you do ourselves, and who would say this of himself or to his prince if either were only moderately loved? On our own account, the sum of our prayers was simply that the gods should love us as you do. Amidst our acclamation of yourself we declared ourselves happy too: has this not the ring of truth? How could we be happier? Secure in our prince's love, we have only to hope that the gods will love us in the same way. And so this city (which has always shown its devotion to religion and earned through piety the gracious favour of the gods) has only one thought for the completion of its happiness: the gods must follow where Caesar shows the way.

75. But why trouble to assemble all these details? I could hardly hope to keep in mind or cover in a speech all that you, Conscript Fathers, decided to save from oblivion by publishing in the official records and inscribing on bronze.¹ Hitherto, only the speeches of the emperors were made safe for all time by records of this kind, while our acclamations went no farther than the walls of the senate-house; and indeed, these were such that neither Senate nor prince could take pride in them. Today these have

PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

3 Has vero et in vulgus exire et posteris prodi cum ex
 utilitate tum ex dignitate publica fuit, primum ut
 orbis terrarum pietatis nostrae adhiberetur testis et
 conscius; deinde ut manifestum esset audere nos de
 bonis malisque principibus non tantum post ipsos
 iudicare; postremo ut experimento cognosceretur
 et ante nos gratos, sed miseros fuisse, quibus esse nos
 4 gratos probare antea non licuit. At qua contentione,
 quo nisu, quibus clamoribus expostulatum est, ne
 adfectus nostros ne tua merita supprimeres, denique
 5 ut in posterum exemplo provideres! Discant et
